
Pinisons


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
ROMA
8
14 — G
8



Quia tu repulisti scien-
tiam, repellam ego te,
ut non fungaris mihi sacer-
dotio. Osee. 4:

Ex libris Amandi Laurentij Schmid Wiesensteigensis. Romae 17. Julij 1762.

DE OFFI-CIO PASTORVM ET OVIVM, AD EXEMplar IESV CHRISTI, Boni Pastoris.

SVPER Psalmum vigesimum secundum: qui incipit, Dominus regit me, nihil mihi deerit.

AVTORE

F. Francisco Ponissono.

TOLOSAE.

Apud Ia. Colomies. & Io. Chaso.

Cum Priuilegio

1550.

Extraict des registres de parlement.

VEue la requeste baillée par I. Colomies maistre Imprimeur, & Iean Chassot libraires, habitās de Tolose aux fins quil leur fust permis Imprimer & exposer en vente le traicte faict & compose par F. Frā coys Ponisson Religieux, Docteur, Regent en la faculte de Theologie a Tolose, sus le Psalme.xxij.intitulé de Officio pastorū, auec inhibition & deffense, à tous autres Imprimeurs & Libraires dud Tolose, icelluy Imprimer & exposer en vēte durāt le temps de.vj.ans. Ensemble la relation faicte par les Docteurs en icelle Vniuersité & faculté de Theologie. La court a permis & permect ausd supplians, imprimer & exposer en vente led traicté. Faisant inhibition & deffense a tous autres Imprimeurs & Libraires du ressort dicelle, l'Imprimer & exposer en vente durant l'espace de troys ans. Sur peine de confiscation des liures que seront Imprimez, & autre amende arbitraire. Pronuncé a Tolose en Parlement le.xxvj.iour de Nouembre. Lan mil cinq cens Cinquante.

Burnet.

F. Francisco

PONISSONO

THEOLOGO CHRI-
ſtophorus Diliers Can-
cellarius, & Vica-
rius Toloſa-
nus.
S.



IBRVM tuum, mi Poniſſone, eò libentiùs legi: quòd & Chriſtiana religione, & ſententiarum grauitate, inſtar fontis, exuberantẽ cernerẽ. Cùm verò è communi Chriſtianæ Reip. cõmodo ſit, omnes animarum Paſtores ſummi Paſtoris Chriſti veſtigia ſequi: probabunt (vt ſpero)

vnà & quod facis omnes, & tuo se consilio nõ parùm adiutum iri liberè fatebuntur. Quod officium licèt iam à multis tentatum, nemo tamen (me iudice) fœliciùs vno te præstitit. Quare agè macte animo (Ponissone) tuum istud singulare laudandumq; iuuandorum hominum studium idẽtidem magis atque magis excita. Cumque communi Doctorũ calculo tuus iste labor iustam tibi laudem genuinumque nobis fructum pepererit, te bonis auspicijs deinceps ad maiora comparato : quod vt pari fœlicitate cõsequare, Deum opt. max precor, qui pios & laudabiles hominum conatus nunquam desti tuere solet.

Vale. Tolosæ, Idib. Nouembris.

1550.

Reuerendiſ

SIMO IN
CHRISTO PA
tri, ac Domino,
D. Odoni à
Caſtilio
ne.
Archiepiſcopo Toloſano, F. Fran
ciſcus Poniſſonus, gratiam,
pacem, æternáq; fœli-
citatem precatur.



Ampridem cœleſtis agricola, me ad agrũ ſuũ Toloſanum tuæ prudentiæ, fidei, atq; tutelæ commiſſum vocauit: maximè verò cũ nuper tua authoritate & beneuolentia fretum (ne diutiùs animus

inter priuatos parietes delitesceret) me ad celeberrimam Ecclesiam tuam Sancti Stephani asciuit: vt ad communem Reipublicę vtilitatem professoris officio fungerer. Quibus de causis adductus id publici muneris, quãta possem fide & diligentia, exercere, & Ecclesiæ tuæ tandem prodesse decreui. Nam & si adhuc regentiæ meæ sub iudice lis est: spe tamen ductus grauissimi, prudentissimiq; Senatus Tolosani, qui me meo iure priuari nunquã patietur: Quã diu & tempus, & vrbis valetudo tulit, lectioni sacrorum Bibliorũ operam dedi. Verùm communis ciuium, & acerba clades, me aliquantulùm superiori anno à cursu reuocauit. Cùm igitur ociosus essem, nec planè haberem in quo otiolum meum delectarem, audire mihi visus sum summi patrisfamiliâs vocem, qui me tali oratio-

ne moneret. Quid stas ociosus? quid cessas? I in vineam meam, cuius excolendę gratiā te conduxi, abscinde, & pœnitus euelle quęcunq; noxia. Nec sine fodere, plātare, vites inserere, sepes extruere, donec fructus aliquis laboris tui in lucem prodeat. An nescis omnem palmitem, qui non fert fructum abscindendum esse? omnéq; arborem sterilem, & infrugiferam flammis esse dignam? Seruum verò nō frugi, qui talentum sibi creditū abscondit, ac eo nō bene vsus est, in imas Erebi tenebras, vbi fletus, & dentium stridor perpetuus, protrudendum esse? Age igitur, dū tibi & tempus datum, & res ipsa postulat: profer aliquid quod ad nominis mei gloriam, & proximi commodum cedat. Nū te gregis mei miseret? Pastores ociosos ouęsque pallantes cernis? vigila igitur, & vnumquemq;, vt suo re-

ctè fungatur officio, hortare. Ad vocem me adhortãtis Domini experrectus, psalmum vigesimum secundum arripui. Qui cũ mihi maxima, & facundia & vtilitate conditus videretur, singulosque illius versus altiùs mente reuoluerẽ, quę animus suggereret, scribere operę precium esse duxi. Communes ergo locos, quo potui marte, paucis quidem carminibus tractaui. Quibus licet breuissimis, Regius ille Propheta, immẽsam summi in nos patris charitatem, & circa ouium moderationem, & pastum, curam ac diligentiam aperit. Nec non facilitatem in reducendis perditis ouibus in viam salutis & iustitiæ. Quóve animo se mortis periculis offerre, & qua Dei flagella mente perferre vnum quemq; oporteat, nobis abundè demonstrat. Potissimùm autem de mensa Domini & gratia Spiritus sancti (quã olei,

& inebriantis calicis comparatio ne notat) hîc verba faciens, immẽsam Dei optimi maximi misericordiam, nobis in dies à patre datam, & domum Domini quam Christiani omnes incolere debent, describit. Magna igitur, & præclara in hoc quidem Psalmo possumus agnoscere. Hîc enim diuini verbi fructus, sub pascuæ & aquarum nomine cernitur: hîc pœnitentia, hîc vitæ innouatio, hîc morum synceritas, hîc fortitudo in rebus aduersis, hîc omnis denique virtus conspicitur. Quocirca hunc inter cæteros, amplissime Cardinalis, Psalmum selegi, cũ illius vtilitate, tum doctrinæ vbertate commot⁹, Atq; quãta potui industria, præcipuos Theologiæ locos, qui ad rem Christianam facere videbantur sum prosequutus. Cui verò potiùs hoc qualecunque munus dicarem, quàm tibi Christia-

næ Ecclesiæ Præsuli ornatissimo, non video. Ea enim res est, quæ cum tua authoritate, & celsitudine (qui Pastoris curam vigilanti animo geras) coniuncta sit. Maximè verò tuus in me singularis amor, & beneuolentia, vt id facerem coëgit. Quamobrem, Illustrissime Cardinalis, vt me non immemorem tuorum in me meritorum, ac Ecclesiæ tuæ minimè infrugiferum agnoscas: Opusculum hoc conscripsi, quo diligenter omnes Pastores, & Oues, hoc est fideles omnes, ad Dei gloriam illustrandam, & ad Christianam religionem propagandam adhortor. Hoc igitur leuidensę munus, & crasso filo confectum, meæ in te obseruantiæ testimonium, eo animo accipies, quo quondã quæ tibi frater meus Rodolphus Ponissonus obtulit, accipere solebas. Quod facies scio, illo suo flagran-

ti in Chriſtum amore, & ad augendam Chriſtianam Rempublicam deſiderio ductus.

Vale. Tholoſæ octauo Calendas Decembris.

MARIVS Guasconius Rhodius, pio Lectori. S.

E Narrationē in Psalmum xxij. christiane Lector, quem Dauid de Pastore Christo & nobis ouibus cecinit, à Ponissono homine & religioso, & in diuina philosophia mirè exercito scriptam cū legissem:

*tantã ego utilitatẽ & co-
hortationum multitudine,
& rerum diuinarum com-
memoratione reconditam
inesse animaduerti: ut stu-
diosis omnibus, uelut fontẽ
inexhaustum, unde exẽpla
sanctioris uitæ deprome-
rentur, amplectendam ex-
istimarim. Itaq; ex re non
temere atq; ex usu futurũ
arbitratus, pro mea uiri-
li parte sic cum illo egi, ut
in libellum tandem conclu
deretur, & ad communem
oĩm cognitionem in lucem*

prodiret. Nam & si eccle
siarum pastoribus pro frõ
te scriptum opus uideatur:
si quis diligentiûs reuolue
rit tamen, æquiori& ani-
mo perlegerit, omni homi-
num generi, omni etiã æta
ti aptum agnoscet. Quæ
enim ciuitas, quæ Respu.
quæ potestas, quæ regia
stabilis pmaneret, uel quæ
etiam domus aut caula, ni
si pastores .i. duces haberet
qui suorũ curã uelut ouiũ,
fortitudine animi, & inno
cẽtia uitæ gererent? hûc se

igitur magistratus confe-rant, hûc Rerump. guber-natores, qui honores, digni tates, imperia gerũt. Hûc ex toto orbe undiq; cõcur rant tutores puerorum, cu ratores iuuenum: hûc pa-tres, hûc domini. Hinc ar ripiant & discant, quibus potissimùm rebus: qua ueri cognitione oẽ genus hoĩm imperio subditum & opti-mis præceptis institui et in stitutum in spem ueræ glo riæ sempiternæq; laudis cupiditatẽ cõcitari possit.

Si quid uerò publicæ utilitatis haurietur, id nõ mihi assumo, qui authorem impulerim, ut hoc opus in apertũ proferret. Sed illi ipsi unicè tribuendum sentio, qui nullum officiũ prætermisit, ut magnitudinem, et uim amoris sui in omnes Pastores, & errantes ouiculas ostenderet. Vale pie Lector. Tolosæ septimo Calendas Decẽbris. M.D.L.

De Officio Pastorum, & Ouium: ad exemplar Iesuchristi, boni Pastoris. Super Psalmum uigesimum secundum qui incipit. Dominus regit me nihil mihi deerit.

Præfatio.



HRISTVS Optimus, maximus, Paſtorum princeps, varijs nominibus, cùm ex veteri, tùm ex nouo Teſtamento, Chriſtianis omnibus commendatur. Nam & verbum, & vita, lux mundi immenſa, patris vnigenitus, fons

Chriſti varia nomina.

Iohan. 1. 1. 18.

aquę viuę inexhaustus, Agnus im-
Esa.24.58 maculatus, qui tollit peccata mũ-
di, lapis preciosus, summus, ele-
ctus, angularis, medicus, Eccle-
Eph.1.5. siæ caput, & coniux, panis vitæ,
Ioh.6. via, veritas, ostium, veraq; vitis,
14.15. nuncupatur. Alijs quoq; longè
splẽdidissimis nominibus, passim
decoratur, & nobilitatur. Nullo
tamen honorificentiore, fidem,
amorem, authoritatem, diligen-
tiam, summamq; de nobis oui-
bus suis curã, & sollicitudinem,
quàm pastoris nomine, potuit si-
gnificare. Regium planè & ex-
cellens est nomen hoc pastoris.
Sic enim disertissimi quondam
oratores, poëtę, & Philosophi, bo-
nos principes, pastores populo-
rum nuncupauerũt. Hunc igitur
honorem Christus, optimo sibi
Ioh.10. iure vendicauit: qui cùm elegan-
Christus ti quadam emphasi dicat. Ego
pastor. sum pastor bonus: & cognosco

oues meas: & cognoſcunt me
meę: & animam meā pono prò
ouibus meis. Atq; alio in loco, o-
ues meæ, inquit, vocē meā audi-
unt: nec peribunt in æternum:
nec capiet eas quiſquam è manu
mea. Quibus quidē verbis, haud
dubiè intelligimus, Chriſtum ſal
uatorem noſtrum neq; ruſticum,
vulgarem, & indoctum paſtorē,
neque contemnendum, ſed eum
qui probitate, conſilio, authorita
te, omni deniq; prudentia, fœlici
tate, & virtute, cęteris antecellat.
Qui ſibi, vt nobis noſtriſq; com
modis inſeruiret nuſquam peper
cit. Nos enim illius populus af-
flictus & ouiculæ deſertæ ſumus.
Qui ab eo optimo paſtore, om-
nem ſalutem, doctrinam, mentis
ſatietatem, gaudium, iuſtitiam, cœ
leſtem hæreditatem, vitam per-
emnem, atq; omne deniq; bonū
ſperare debemus. Vt propheta

Qualis paſtor ſit

Ephe. 5.

p̄s. 74. 79.
Ioh. 1. 5. 6. 10.

Eſaias his verbis pulchrè demonſtrat. Ecce Deus veſter inquit.
Eſa. 40. Ecce dominus Deus in robore veniet:& brachiũ ſuum dominabitur per ſeſe: ecce merces eius cum eo & opus eius ante ipſum: paſcet gregem ſuum vt paſtor: brachio ſuo congregabit agnos: inq; gremio ſuo feret, fœtas autẽ ſuauiter ducet. Quibus liquidò docet optimi paſtoris Ieſuchriſti authoritatem, poteſtatem, liberalitatem, atq; munificentiam. Qui tam præſentem habeat mercedem, quam daturus ſit credentibus, & obtemperantibus ſibi. Quiq; ſua incredibili manſuetudine,& miſericordia ductus, feſſas proſtratasq; oues erigit, ſubleuat,& reficit: hoc idem Ezechiel
Ezec. 34 ſub perſona Chriſti, his verbis apertiùs tradidit. Ecce ego, ego inquam, requiram oues meas,& inueſtigabo eas, quemadmodũ pa-

ſtor requirit gregẽ ſuum, quo die fuerit in medio ouium ſuarum diſperſarum: ſic requiram oues, & eripiam eas ex omnibus locis, in quibus ſunt diſperſę, in die nubis, & caliginis, hoc eſt tempore calamitatis & infortunij: dum omnia nubibus & obſcura caligine tecta videntur. Et educam eas de populis, è nationibus exteris: congregabo eas de regionibus: & introducã in terram ſuam: & paſcam eas in montibus Iſraëlis. Iuxta riuos aquarum, in paſcuis vberrimis paſcam eas: & in montibus excelſis Iſraëlis illarum caulæ & pręclara ſtabula erunt. Ibi accubabunt, requieſcent, & in paſcuis pinguibus paſcẽtur. Ecce ego paſcam oues meas, & faciam eas accubare dicit Dominus: perditam requiram: propulſatam reducam: confractam ligabo, infirmam reuocabo: pinguem verò

Quid nubes & caligo.

Quid ouis pinguis & fortis.

& fortem compeſcam:id eſt robuſtos, contumelioſos, & iniurioſos in alios,qui opprimũt imbecilles perdã, & exterminabo, & gregem meum paſcam ratione & iudicio vt par eſt.Et paulò poſt Ego ſeruabo, inquit, oues meas vt non pateant vltra direptioni,& rapinæ & iudicabo inter pecus & pecus. Non potuit quidem propheta Ezechiel apertiùs Chriſti paſtoris ingenium,& naturam,deſcribere.Nec non alij prophetæ, varijs oraculis, hunc paſtorem,Epiſcopum, & tutorẽ, animarum noſtrarum pronũciauerunt. Summumq; illius in nos amorem,fidem,benignitatem,& eam quam ſuper nos in æternum aperit miſericordiam,multis teſtimonijs probauêrunt.Hunc & Patriarchæ(qui non erubuerunt
Gen.47 paſtorum munus publicè profiteri) varijs modis figurârunt &

adumbrauerunt. Cuius nos innocentiam, ſanctitatem, & patientiam, in iuſto Abele paſtore ouiũ poſſumus agnoſcere. Diligentiã verò, ſollicitudinem, & in paſcendo grege conſtantiam, in ſancto illo patriarcha Iacob rectè conſpicimus. Qui totos viginti annos (vt Geneſeos recenſet hyſtoria in vigilijs, in ſudoribus, in æſtu, & gelu, die, noctuq; ſocero Labam paſcẽdis gregibus inſeruit. Authoritatem autem Ieſuchriſti: ſummus dux populi Iſraëlitici Moiſes lucidè nobis expſsit: qui dùm paſceret in penetralibus deſertæ regionis oues Ietro ſoceri ſui, miſſus fuit ad Pharaonem, vt in virtute ſumma educeret ex Aegipto populum: liberaret à crudeliſsimo ſeruitutis Iugo: Atq; eũ deduceret velut oues in deſertũ. Ideo prædixerat, prophetam de medio tui, nẽpe, ex fratribus tuis

Gene. 4.

Quatuor figuris Chriſtus adumbratur.

Gen. 31.

Exod. 3.

Deut. 18.

ſicut me excitabit tibi dominus
deus tuus,illum audietis. Deniq;
fortitudinem, ſublimitatem, atq;
potentiam,nobiliſsimi noſtri pa-
ſtoris,Rex & ꝓpheta Dauid va-
rijs nobis figuris adūbrauit.Quē-
admodum enim hic, dum patris
ouium curam gereret, Vrſum &
1.Reg.16. Leonem interemit: & à crudeliſ-
17. ſimis ferarū dētibus captas oues
eripuit.Sic & Chriſtus dominus,
ab horrendis canum latratibus,
& à faucibus rugientis Leonis
1.P.5. (qui nos ſemper circuit,vt deuo
ret)eduxit & liberauit. Non igi-
tur immeritò ab Ezechiele Da-
Eze.34. uid vocatur.Suſcitabo,inquit,do
minus,ſuper oues meas paſtorem
vnum,qui paſcat eas,Dauidē ſer-
uum meum:is paſcet eas: atq; is
erit eis paſtor.Ego autem domi-
nus ero illis deus, & ſeruus meus
Dauid princeps in medio eorū:
vbi procul dubio Chriſtum in-

telligit, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem: & ab eo humanã originẽ duxit: Ideòq; passim filius Dauid appellatur. Rom.1. Mat.1.15. 21.

Ille ergò suauissimus psaltes Israëlis, regum omnium illustrissimus, deoq; gratissimus poëta, multa carmina in gloriam nostri regis, & pastoris edidit: potissimùm verò eo psalmo, cuius nos interpretationẽ, & enarrationẽ sumpsimus Christũ bonũ pastorẽ ouium suis exornat laudibus: & diui ni numinis afflatu dignis virtutũ celebrat enchomijs: singuli enim huiusce psalmi versiculi, Iesuchristo aptissimè respondent. Quippe verè sit ille bonus pastor, qui nos miserum ouium gregẽ regit, moderatur, & pascit: qui nihil nobis, quod ad salutem nostram faciat, deesse patitur. Nam animos nostros in pascuis sacrarum literarũ vberrimis (vbi diuini spiritus, & 2.Reg.23.

Sũma & epithome totius psalmi.

immortalis aquæ riuuli, leni mur
mure fluentes, mentes noſtras ir-
rigant) verbi ſui ſuauitate reficit,
& recreat. Deniq; nos infinitis
nequitiæ labirinthis expeditos, à
via lata, quæ ducit ad perditionẽ,
Math. 7. inviam virtutis & iuſtitiæ ſuæ re
ducit, Nullis quidem noſtris meri
tis, ſed nominis ſui gloria, immen
ſaq́; clemẽtia, & bonitate ductus.
Hoc duce, hoc paſtore, ſi etiam
per tenebrarum vallem, mediũq́;
vmbræ mortis ambulauerit Chri
ſtianus, non timebit: non immi-
nente periculo expaueſcet: non
deniq; vllis huiuſce ſeculi malis
commouebitur: ſemper enim no
biſcum eſt fortiſsimus & inuictiſ
ſimus paſtor, à cuius manu non
eſt qui nos rapere poſsit. Siquidẽ
illius virga, hoc eſt correctio, &
diſciplina, & baculus auxilij do-
ctrinæ, fauoriſq́; diuini, nos ful-
ciũt, tuentur & ſancta conſolatio

ne replent. Non'ne bonus ille pastor mensam extructam opiparis verbi diuini, corporis sacri, sanguinisq́; sui pciosissimi epulis, nobis ad vim animi, & robur mentis parauit, vt nos omni virtute confirmaret: & fortes contra omnia Sathanæ, & eorum qui nos tribulant, tela, redderet? Non'ne caput nostrum & nostræ mentis aciem suauissimo lętitiæ, sanctificationis & sancti spiritus oleo inunxit: & præclaro calice inebriauit: vt nostrî penitus obliuisceremur & nosmetipsos abnegaremus. Neq; enim vnquam suam in nobis ille verus pastor, bonitatem, benignitatem, & misericordiã claudit: verùm, quãdiu nobis vitales auras carpere licet, nos subsequitur: & per has vitæ huius vias periculosas ingredientes comitatur: gressúsq; nostros dirigit, vt tandem nos immortalis regni,

& fœlicis beatorũ societatis participes faciat. Quamobrem, vt inhabitaremus in domo domini, quæ est catholica Christianorum Ecclesia: colũna & firmamentum veritatis: supra firmissimam petrã ædificata (quam & ouile rectè dixerim) dominus pro sua in omnes clementia concessit: & nos in æternum habitãtes in ea tueť.

Magna igitur & incredibilis his carminibus breuissimis cõsolatio Christi omnibus proponitur. Quanta enim ad subleuandos afflictos? quanta ad refocillandos imbecilles? quanta ad perditos restituendos? quanta ad erigendos demersos, his versibus spes ostenditur? Cum igitur ex his prophetæ verbis intelligamus diuinarum rerum notitiam, salutem, & spiritualiũ rerum copiam, ab hoc vno pastore Iesuchristo, ita pendêre,
Ioh.15. vt sinè illo nulla sit salus, nulla vi-

ta,nulla deniq; cõſolatio, imò po
tius formido,tremor, rerum om-
nium inopia,& interitus. Scruta-
bimur igitur diligentiùs ſingulos
huius pſalmi verſus,& quàm bre
uiſsimè fieri poterit,mentem pro
phetæ & ea quæ ad inſtitutioné
paſtorum,& ouium facere vide-
buntur,aperiemus.Ne tamen hâc
atq; illâc deflecteremus,verũ cer-
to tramite noſtra procederet ora
tio,in ſingulis verſibus, primùm
ſupremi paſtoris Ieſuchriſti natu
ram,vim,& officium,aperire ope
repretium eſſe duxi.Deinde quo
pacto Epiſcopi,Eccleſiæ mode-
ratores & animarum paſtores il-
lum imitari debeant oſtẽdemus.
Poſtremò quid oues agere deceat
& quibus moribus eas præditas
eſſe oporteat,explicabimus. Ad
primum igitur illum verſiculum
veniamus. Dominus regit me,
nihil mihi deerit,

Quis ordo ĩ hoc tractatu ſeruetur.

De Ieſuchriſti authoritate, & qua ratione dominus dicatur.

Caput primum.



Vmmi paſtoris noſtri Ieſuchriſti authoritatẽ, celſitudinẽ, prouidentiam, curamq; de ouibus incredibilẽ, hoc priori eoq; breuiſsimo verſiculo prophetarum omnium clariſsimus paucis quidem aperit. Cùm dominum eum vocat, & Rectorem, & paſtorem, qui nihil ouibus ſuæ tutelæ creditis, deeſſe patiatur. Sed antequam ad explanationẽ prouidentiæ diuinæ paſtoris noſtri,

veniamus, quibus de causis dominus nuncupetur breuibus verbis, exponere vtile esse putaui.

Vnigenitus dei filius Dominus est, & hæres vniuersorum, per quem altissimus hanc mundi totius machinam condidit. Hic est dei virtus, dei sapientia, æterni patris verbum, per quem summus rerũ omnium conditor, ex nihilo fecit, vt essent quęcunq; sunt in cælis, quæq́; eisdẽ clauduntur, omnia omniũ corpora, siue throni, siue dominatiões, siue potestates, principatus, aut imperia, omnia deniq; per ipsum, & in ipso facta sunt. Cùm igitur admirabilis cælorũ ambitus vniuersiq́; mũdi creator sit. Nihilq́; consistat diuinum, aut humanũ, in cælo, aut in terra, tanta excellẽtia, & celsitudine eximium, quod non illius immensa virtute infusum permaneat. Sequitur hunc Iesum Chri-

Heb. 1. Qua ratiõe christus dñs sit. 1. Co. 1. Ioha. 1. Gene. 1.

Colos. 1.

Christi authoritas & dominũ ex rerũ creatiõe probatur.

stum verè dominum vniuersorum esse, omniumq; corpora, & spiritus, eius imperio parere. Quis præterea eum illi honorem eripere conetur, quem scriptura vbiq; deum esse clamitat? quem super omnia admirabilem, & benedictum appellat? Vocabit, inquit Esaias, nomen eius Emanuel id est nobiscum Deus. Et rursus, Puer natus est nobis, filiusq; datus est nobis, cuius imperium erit super humero eius & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Quod si pater est vitæ cælestis, vitamq; æternam donat, quemadmodum & ipse varijs locis testatur: Necesse est dei nomen illi proprium esse. Nec verò vt eius diuinitas probetur nobis aliunde quærenda sunt argumenta. Cum vtriusq; testamenti pagina, innumeris, & locupletissimis scateat testimonijs

Eph c.1.

Eloquia dei honorē diuinitatis christo deferunt.

Esa 7.9.

Io.5.6.10

Christus vitæ author & dator.

teſtimonijs, quæ Ieſuchriſti diuinitatem luce clariùs approbant. Diuus enim Thomas qui dicitur Didymus, verum illum deum eſſe ſyncero animo profitetur dicens Dominus meus & deus meus. Ioh.20.
Sanctus vero Apoſtolus Paulus, immenſis præconijs Chriſti diuinitatis teſtis eſt fideliſsimus ad romanos ſcribẽs, quorum patres, inquit, ex quibus eſt Chriſtus, quantum attinet ad carnem: qui eſt in omnibus deus laudandus in ſecula. Rom. 9.
Et ad Timot. Citra cõtrauerſiã magnũ eſt pietatis myſteriũ: qđ Deus manifeſtatus eſt in carne: iuſtificatus in ſpiritu, viſus eſt angelis, prædicatus eſt gentibus, fides illi habita eſt in mundo, receptus eſt in gloria. 1.Thim.3.
Et ad Titũ expectemus beatam ſpem, & aduẽtum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſuchriſti. Ideóq; chriſto omnẽ gloriã & honorem Titum.2.

deberi in æternũ etiam atq; etiã commendat. Neq; verò id diſsimulat ſanctus euangeliſta Iohannes quum his verbis ſuam claudat Epiſtolam. Scimus quod filius Dei venit: & dedit nobis mẽtem, vt cognoſcamus illũ qui verus eſt: & ſumus in vero, in filio Ieſuchriſto: hic eſt verus deus & vita æterna. Quid, ſi ab operibus eius argumẽta ſumamus, quantò clariùs eius diuinitas elucebit? Quid? Num ſacra ſcriptura Ieſuchriſto, omnia ſolius Dei munera tribuit? Num illũ omnia cum patre operari, omnia creare, regere, moderari, & vita motuq; donare profitetur? Num eum ſolum qui iuſtos facit: eum inquam Ieſumchriſtũ qui peccata remittit: qui nos diuino ſancti ſpiritus numine afflat: qui ad ſalutem deducit: qui & nos à morte eripit: qui tacitas cordis cogitationes perſcru

1.Ioh.5.

Ab effectu probatio ſumitur.

Ioh.5.15.

Mat.9.

Luc.7.

Ioh.20.

Math.12.

tatur qui deniq; eas ſolus efficit quæ deus ſolus omnipotens face re poteſt? Quamobrem eum ſo-lum adorare, inuocare, in eum fi-dere, & in eo omnem ſpem pone re, ſacræ leges iubent. Hæc eſt il-la imperij poteſtas, hæc illa autho ritas, quam per crucem ac mortẽ immeritam promeruit. Cũ enim eſſet ſplendidiſsima paternæ glo-riæ lux: & vera ſubſtãtię illius ima go, natura & re verùs Deus, deo æqualis, vnusq́; cum patre: exina-niuit ſemetipſum, formam ſerui ſuſcipiens, humanã miſeramq́; cõ ditionem induit. Nec non vſq; eò paulò inferior angelis factus, ſe benignum, & facilem, præbuit. vt mortem: mortẽ autem crucis gra uiſsimam, & turpiſsimam, ſubire non dubitauerit. Quapropter & Deus illum in ſummum honoris gradum extulit, illiq́; nomen do-nauit quod eſt ſuper omne no-

Ioh. 14. 15. & 16.
Phi. 2.
Heb. 1.
Ioh. 1. 10.
Phi. 2.
Heb. 1. 2.
Sap. 2.
Chriſtus humiliatus exaltari meruit.

men,vt in nomine Ieſu omne ge nu flectatur cæleſtium, ac terreſtriũ,& infernorum:omniſq́; lingua cõfiteatur,quòd dominus ſit Ieſus chriſtus ad dexteram dei patris.Ille eſt quem Daniel in ſpiritu vidit venientem vnigenitum ſpecie humana,in nubibus,& penetrantem vſque ad prouectum dierũ : hoc eſt patrem ęternũ,cui millies mille miniſtrabant: adductus autem ante oculos, ampliſsimo regis honore affectus ſibi viſus eſt.Ei enim omnis gloria,honor,poteſtas,& imperium,delata ſunt:vt omnes populi, nationes, & linguę colant eum,eiq́; ſeruiãt: cuius imperium æternum eſt:cuius regnum nullis hoſtium copijs deſtruetur:nulla vi, nullo deniq; tempore delebitur. Sed cum eo florẽs,& amabile ſemper in ęternum durabit. Meritò igitur regum omniũ rex,& dominus do-


Danie.7. Prophetia Danielis de regno chriſti.

Apoc.19.

minãtium,& dicitur & eſt:quod quidem habet in femore ſcriptũ.

Veruntamẽ cùm cæterorum, tùm maximè gregis ſui dominus eſt. Eum enim pater omnipotens præter cætera, Eccleſiæ caput eſſe voluit, quæ ipſius eſt corpus. Hæc eſt illa, ſedes Dauid: & domus Iacob, quam poteſtate, iuſtitia, bonitate, & æquitate, legitimè moderatur, vt ab Eſaia pronunciatum eſt. Multiplicabitur inquit imperium eius: ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio, & iuſtitia, à modo & vſq; in ſempiternũ. Itaq; nemini dubiũ eſſe debet: quin Ieſus Chriſtus, verus rerum omnium dominus ſit: Ieremias hoc illi fore nomen luculenter his verbis teſtatur. Ecce dies veniũt dicit dominus, vt excitem germẽ iuſtum Dauidi, regnabitq; rex, &

Eph.1.4.5
Luc.1.
Eſa.9.
Iere.23.



Quid huic domino debeamus.

prudenter rẽ geret:& paulòpoſt: hoc nomen quo vocabunt eum, Dominus iuſtitia noſtra . hũc ſyncera mente,pio animo, forti pectore,& ea,quam ei debemus,pietate, ꝓſequamur:huic pareamus: huic manibus, pedibusq́; ſeruiamus:& dignum eſſe putemus,cuius imperium ſuſpiciamus, celſitudinem admiremur.Eiusq́; voluntati obſequamur. Sed quomodo regat noſter ille dominator omnibusq́; legitimè prouideat: Paulò fuſiùs aperiamus.

De prouidẽtia noſtri paſtoris, & legitima ſui ouilis adminiſtratione.

Caput Secundum.



HRISTVS paſtor optimus, Inter oues ſuas verſatur: cum illis requieſcit, & vſq; in conſummationem ſeculi permanet, eius enim ſunt delitiæ hominum ſocietas. Cuius gratia à regijs ſedibus, alto cælorum domicilio, in terras deſcendit: vt ſuam immenſam in nos clementiam, miſericordiam, & inenarrabilem charitatẽ patefaceret: vt ouibus (quas ab æterno nouerat, elegerat, & in vitã ęternã prædeſtinauerat, quasq́; in gloriã ſuã creauerat, & in libro vitæ inſcripſerat) ſuccurreret & opitularet̃. Hoc paſtore duce, hoc moderatore, perire nusq̃ poterimus. Sed fido aĩo cũ regio ꝓpheta dicemus. Dñs regit me, nihil mihi deerit. Dñs em̃ oĩa iuſtè moderat̃: q ſua ĩcredibili potẽtia oĩa Math. 28. Prou. 8. Sapi. 18. Ephe. 1.

Heb.1. verbo virtutis ſuæ portat, ſuaq́; ſapientia perficit, & ea quæ nemo
Sapi.8. attingere poteſt, forti animo cõplectitur: ſuauitérq; diſponit. Oĩa pro ſua prouidẽtia gubernat: operit cęlũ nubibus: parat terræ pluuiam: producit gramen iumentis,
Ps.103. & herbam ſeruituti hominum. Educit panem de terra: & vinum, vt lętificetur cor hominum: & oleo niteat facies. Dat eſcam omnibus animãtibus. Propter eà & propheta ait: Oculi omniũ in te ſperant domine: & tu das illis eſcam in tempore opportuno: aperis tu manum tuã, & Imples omne animal benedictione. Atq; alio in loco omnia à te expectãt: dante te illis colligent: aperiente te manũ tuam, omnia replebuntur bonis: auertẽte autem te faciem, turbabuntur: Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuũ reuertẽtur. Neq; enim ſatìs eſſet,

Dñs prouidet oĩbus creaturis.
Ps.135.
Ps.103.

hunc rerum omnium dominatorem, omnia cōdidiſse: niſi eadem ſua prudentia gubernaret, educaret, & protegeret. Prob. 14.

Quemadmodum enim omnia ꝑ ipſum facta ſunt, & ſinè ipſo factum eſt nihil: Ita per ipſum omnia conſtant, & adminiſtrantur: Quapropter volucres cęli, lilia, & gramen agri, Imò & capillos capitis noſtri, ſibi curę eſſe manifeſtè docet. Maximè verò rerū humanarum curam gerit: & hominem Iam ab ineūte ętate ad exitum vſq;, ſub vmbra alarum ſuarum perducit: omnia ei ad victū cultúmq; corporis neceſſaria ſug gerit: eum cōtra quęcūq; aduerſa tuetur, & munit. Eius gratia hūc terrarum orbē, nō caſu aut fortuna, ſed verbo virtutis ſuę condidit: vt in eo rationalis homo viueret. Eius cauſa cęlum præclaris luminibus micans, terram vario

Ioh. 1.

Math. 6.

Ps. 16. 56.

Singularis dei in hoīem ꝓuidētia.

Gen. 1. 2.

germine fœcundam depinxit: homini verò tãta authoritas, & pręſtantia data eſt, vt omnia quę ſub cœlo ſunt, eius tutelæ cõmendata ſint, eiusq́; imperio pareant. Tantorum igitur in hominem beneficiorum admiratione captus poëta cœleſtis exclamat. Quid eſt homo quod memor es eius? aut filius hominis, quia viſitas eum? minuiſti eum paulò minùs ab angelis: gloriâ, & honore coronaſti eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarũ, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues, & boues vniuerſas, inſuper & pecora campi, volucres cœli, piſces & quicquid perambulat ſemitas maris. Quibus quidem verbis oſtendit quanta ſedulitate, quantoq́; amore, ſalutis, & commodi hominum, curam gerat. Qui eis omniũ rerum, quæ ipſe cõdidit vſumfructum dederit. Si ergo omne ani-

Ps.8. Hominis præſtantia ſuper creaturas

mantium genus à liberali domini manu, ſuo tempore quæ ſunt ad vitam neceſſaria poſtulat & expectat: quid homini faciendũ eſt, qui brutis animantibus longè pręſtantior, ad formam & imaginem dei factus eſt? Dominum ergo paſtorem ad omnia nobis præſentẽ & paratum agnoſcamus: eum nũquam nobis in rebus aduerſis defuturum ſyncera mente imoq; pectore credamus: ille enim omnes homines vult ſaluos fieri: cùm ſua etiam gentibus, & cæteris à recto tramite & fide Chriſtiana alienis elargiâtur munera: de cęlo dans illis pluuias, ac tempora frugifera: implens cibo, & lætitia corda eorum.

Gen. 1. 1. Cor. 11.

1. Tim. 2.

Acto. 14.

Potiſsimùm verò pijs, Iuſtitiæ cultoribus, & ijs qui in eo ſperant conſulit. Primùm enim quoad animã, eos iuſtitia, ſapiẽtia, innocentia, pietate, atq; germana vita,

Præcipua cura pij fideles à Deo fouentur.

chriſtianaq; cumulatè exornat. Eis eſt author ſpei, ſolatij, gaudij, pacis, incolumitatis, ac omnis de niq; boni. Eos nuſq̄ deſerit: per varios caſus, per varia diſcrimina rerum, ab exortu vſq; ad occa-
Zac.2. ſum, eis dux eſt fideliſsimus: et vt pupilã oculi tuetur, & conſeruat. Nunquam eis auxilium denegat: nunquam ab eis lõgiùs diſcedit: ſed vltrò ſequitur & maximis etiam beneficijs illorum animas ornat, liberat à morte, ab exitio
ps.144. irę diuinæ, oculos eorum tẽperat à lachrymis, ne ſuã vltra modum defleant damnationẽ: pedes auer tit à lapſu: & ſpiritu ſancto eorũ pectora confirmat. Itaq; vires ani
ps. 118. mi corroborat, vt ſtudio præceptorum ſuorum, ſine vlla peccati labe flagrent: benè, beatéq; viuãt. Sic facilis (quæ ſua eſt in omnes qui eum diligunt clementia)
Rom. 8. opem & auxilium adfert: Et præ

ſens in rebus aduerſis ſemper opi tulator, & propugnaculũ adeſt. Nec verò ſenio aut morbo con fectos,nec calamitoſos, nec varijs fortunæ caſibus demerſos reijcit.Sed pro animi ſententia, Paſtor ouium ille bonus, infirmos corroborat,viribus deſtitutos reficit:elapſos erigit, manum ſuam illis ſupponit,ne collidantur. Subleuat demerſos: cuſtodit aduenas,pupillum,& viduam,in ſuam clientellã ſuſcipit,fame & inedia tabeſcentes ſuis bonis paſcit. Deniq; nihil quod vel corpori vel animæ ſuppetat,illis deeſſe patitur. Hanc immenſam paſtoris bonitatem,& prouidentiam, varijs modis experti ſunt Iſraëlitæ:quos in virtute brachij extenſi ab ægipto in prodigijs,& miris portentis eduxit:& à duriſsimo ſeruitutis iugo,miſerrima obſcuraq; conditione eripuit. Quemadmodum

Eſa.40.

ps.145.

Ab exẽplo Iſraẽlitarũ dei prouidẽtia probatur.
Exod,15.

modum MOYSES prophetarum facilè princeps, longa oratione deſcripſit.
Neque verò hanc profuſam Dei in ſuos ISRAELITAS bonitatẽ, præclaris hymnis ſuis tacuit propheta DAVID, ſed varijs eam carminibus celebrauit. Saluauit, inquit, eos de
Ps.77.104 manu odientium propter nomen ſuum: vt notam faceret potentiam ſuam, expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem. Increpuit mare rubrum
Exod.14. & excicatum eſt: & deduxit eos per abyſſos tanquam per deſertum, operuit aqua tribulantes eos: quadrigas Pharaonis, & copias eius deiecit in mare: electi principes iuſto dei iudicio ſubmerſi ſunt. Deduxit eos in nube per diẽ, & tota nocte in illumi natione ignis: elicuit aquam è ſili-

ee, & eduxit ſemel atque iterum tanquam flumina aquas: vt ſitim populi expleret: exortumq́; murmur ſedaret. Exod. 17. Num. 20. Deute. 8.

Præcipua cura Dei ĩ plebem ſuam.

Quando verò eſuriebant, & inedia laborabant, mãdauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum: & panem cœli dedit eis, cibaria miſit ad ſatietatem. Exod. 16. Induxit demum in virtute ſua ventum Africum, & pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes: & ſicut arenam maris, volatilia pennata. Ps. 77. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula, & manducauerunt, & ſaturati ſunt.

Argumẽtum à minori ad maius.

Si igitur ille rerum omnium dominus in locis aridis, & incultis: vbi vaſtæ ſolitudines nihil niſi mortem & horrorem rerumq́; penuriam portendebant, tantam cibi potusq́ue copiam, ſua miſericordia ductus Iſraëlitis infudit

Quid nobis dei prouidẽtia, benignitas & clemẽtia dubia erit? Vera igitur fide,& constanti animo, ab illo ouiũ pastore optimo, oĩa quæ ad vitæ vsum necessaria sunt, expectemus. Sit prætereà nobis persuasum omnia dei sentẽtia regi: omnia deniq; dei nutu contingere, Maximè verò singularẽ dei prouidẽtiam, In hoc incumbere, vt nos foueat,& protegat, ex aĩo confidamus: Et in mentem reducamus Abraham, Isaac, Iacob, & cæteros sanctos viros, qui cùm ad uenę & hospites in regiõibus exteris diuinæ fidei, protectioni, & clientelæ vbiq; se commisissent, nihil vnquam quod non vtile,& ad salutem esset, pertulerunt. Pertrãsierũt enim (inquit regius propheta) dẽ gente, in gentem, & de regno ad populum alterum, non permisit homini cuiquam, vt eos opprimeret, ac propter eos reges corripuit:

Dei erga fideles suos amor. ps. 105.

corripuit:cum diceret ne attinga tis homines mihi consecratos, & nihil mali prophetis meis inferatis. Nobis vnus patriarcha Ioseph ad animi fidem cōfirmandā(ne sit dubia Dei ꝓuidentia)satis esse debet, Qui haud dubiè optima spe & fide, versiculum illum decantabat, Dominus regit & pascit me, nihil mihi deerit. Admirabile ꝑfecto exemplū diuinæ prouidentiæ, In hoc vno viro sanctitate conspicuo proponitur. Quem ve luti charissimam, & mansuetam ouem, deduxit dominus & à periculis multis eripuit. Mala namque fratrum odia, conuitia, verbera, cruciatus semper forti pectore pertulit. Venditur enim barbaris, hysmaëlitis, & ab adulteria multa iniquissimę passus, in vincula tandem ferrea conijcitur, quo quid miserius: verumtamen huiusmodi ęrumnæ, & calamitates, non solū

Ps.79.

Tentatus Ioseph Dei prouidētiam experitur Gene.37. 39.44.45.

bono illi adoleſcenti, eiuſque familiæ, verumetiam omnibus ægyptijs ſalutem, & fœlicitatem peperunt. Quæ cum intelligat vir pius, cui beatam vitam, & immortalé dominus pollicitus eſt: quanto animo, quanta ſpe, quanta cum lætitia, aduerſa fortunæ tela, caſuſque varios perferre debet? Solet enim ſummus rerum omnium ille parens, moderator, & author, ad
Tho.13. inferiora deijcere, quos in cœlum euehere conſtituit: omnia enim
Rom.8. ad ſalutem illorum vertit, à quibus ex animo diligitur.

Quomodo paſtores eccleſiæ, ad Chriſti exemplum, ouibus ſuis prouidere debeant.

Caput tertium.


VNC igitur pastorum principem Iesum Christum, episcopi, ecclesiarũ moderatores, & quicunq; immortalis animæ curam gerũt, omni studio imitari, & veluti architypũ antè oculos habere: suos deniq; mores ad illius instar efformare debẽt: vt qualis ille fuerit, tales & ipsi sint: Maximè verò in hanc rationẽ, ecclesię pastores, vt se ad exẽplar Xp̃i optimi pastoris cõponãt: sintq́; queãdmodũ & ille inculpatę vitę, Incũbant. Qua verò ratione id consequantur, ex hoc psalmo facilè discere poterunt. Cogitent primùm se verè rectores esse, pastores, ducesque populi, & operarios, quos paterfamiliâs misit in messem, vt populum velut purum triticum, in horrea cœlestia congregarent. Boni igitur pastoris Iesu Christi ante omnia voluntatem perpen-

Christus exemplũ rectorum

1.Pet.2. Ioh.13.

Ioh.8. Heb.7.

Ad quid vocati ministri ecclesiæ. Luc.10.

Mat. 3.13.

1.Thi.2. dant:qui omnes homines ſaluos fieri & ad veritatis cognitionem venire cupit. Cuius rei gratiâ pastorum munus inſtituit:vt diſperſas oues luporum,furum,& latronum inſidijs,obnoxias, ſeruorum ſuorum opera,ab erroribus reuocaret,à periculis liberaret:& tandem ad ſuas caulas reduceret.

Quare paſtores inſtituti.

Ioh.10.

Hoc igitur ſit præcipuum illorum munus legitimè regere moderari,& gubernare populū ſuæ tutelę & fideicommiſſum,Eorum curæ eſt dominicæ familiæ prouidere: gregis incolumitati:ſtudioſè conſulere ne quid illi deſit vſquā, quod ad dei gloriam, animarūq; ſalutem faciat. Cum ſint illi ſerui, quos conſtituit dominus,ſuper familiam ſuam, vt ab illis quū opus eſt,cibum accipiat: hæc prima illorum cura ſit gregi dominico æternæ ſalutis alimenta miniſtrare, ad veram pietatem plebem in-

Quod officium paſtorum.

Math.24.

ſtituere ad iuſtitiam erudire: Chriſti regnum vbiq; erigere. Chriſtique gloriam longè lateq; propagare. Nec verò ocioſum paſtorũ munus, ſed laborioſum & periculis varijs obnoxium arbitrentur. Vt qui inexhauſto labore, eò gregẽ, vt legi, præceptisq; diuinis pareat, redigere debeant. Certumq; ſibi perſuadeant, diuini numinis opera ſua ſtudia & labores, (Si eo animo, quo decet ad ſummi paſtoris Ieſuchriſti gloriam, ouibus inſeruiant) fortunatos fore. Si ſacra myſteria, legitimè adminiſtrent: Si rectam doctrinam tueantur ſi deniq; cœleſtibus epulis, cunctos foueant: in eisque fideles exerceant. Sed de hoc animarum delicatiſsimo cibo, proximo verſiculo plura dicemus.

1. Thim. 3. Tit. 1.

Non eſt inanis labor paſtorum.

Curent quoq; paſtores, animabus recreatis, etiam & corpora reficere: vt ſi qui eſuriant, aut ſitiant

Non eſt ſalus corporũ negligenda.

illis cibum potumq́; miniſtrent. Aduenas,& peregrinos,tectoq́; carentes,hoſpicio iuſcipiāt. Domos pauperibus cōſtruant, apta cōmodaq́; ſuppellectili ornent. Si quos nudos conſpiciant,veſtibus induant:vinctos,calamitoſos,infirmos, afflictosq́; viſitent,cōſolentur, & confirment.Hæc illa ſunt miſericordiæ opera, de quibus expoſtulaturus eſt dominus,in die iudicij:
Math. 25. Quæ qui ſeruauerint magna accipient prẹmia:inhumani verò,immiſericordes,qui fratris rebus aduerſis non plus mouentur,quàm
Iaco.2. dura ſilex,ſupplicia horrenda ſu-
Luc.12. ſtinebunt.Date, inquit dominus, elemoſinam,& omnia munda erunt vobis. Parate vobis ſacculos qui non veteraſcunt, theſaurum inexhauſtum in cœlis: quò fur nō accedit:neq; tinea corrumpit,
Math.6. Et iterum, parate vobis amicos
Luc.16. ex mammona iniquo (id eſt ex

diuitijs quibus plerią; malè vti so lent: aut quæ ad iniquitatem hominem impellant) vt cùm defeceritis recipiant in æterna tabernacula. Studeant ergo rectores ecclesiarum, assiduè fidelibus succurrere: ope salutari, eorum pectora, qui aliquid grauiùs patiuntur confirmare: afflictis solatio esse: pauperum infortunio, & inopiæ cùm spirituali, tùm corporali, præsenti animo opem afferre. Deniq; nihil gregi (quod efficere possint) deesse patiantur. Discant ab Esaia esurienti panem frangere: egenos & vagos domum introducere: nudum sicubi viderint vestire: neque carnem, sanguinem, neque genus suum despicere. Hæc omnia humanitatis officia, hylari vultu conferant: hylarem enim datorem diligit Deus. Tunc verò Dei voluntati, satisfecisse se putet: cùm filijs, & fratribus suis, omni

Quare diuitię mãmona iniquum dicantur.

Esa.58.

2.Cor.8.

ex parte fructum,& commodum adferre ex animo ſtuduerint, finē enim legis,omniumq́; præceptorum.s.Apoſtolus in charitate cóſiſtere docet ſumptus autē quos ægenis,& erumnoſis ſuggerūt in Chriſtum ſe conferre credant:ait enim quatenus feciſtis vni de his fratribus meis minimis,mihi feciſtis,Quanta verò & ampla ſit merces in cœlis repoſita his qui diligenter miſericordię officijs functi ſunt.Eſaias luculenter expreſſit:Tunc erūpet,Inquit,velut aurora lux tua:& ſanitas tua citiùs orietur:Iuſtitia anteibit faciē tuā; & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis,& dicet ecce adſum. Si protuleris eſurienti animā tuam, & animam afflictam ſatiaueris: Iam orietur in tenebris lux tua: & erit caligo tua ſicut meridies. Et requiem tibi dabit dn̄s ſemper

Roma.13. Gal.5. 1.Timo.1. Mat.25.

Quę præmia ſint miſericordibus ꝓpoſita. Eſa.58.

& implebit ſplẽdoribus animam, & oſſa tua liberabit. Quibus verbis propheta, Illis omnia fœlicia, & proſpera pollicetur; qui egenos promptè, & alacri animo, rerum ſuarum participes fecerint. beati profectò ſunt qui afflictorũ miſericordia ducũtur: qui quibuſcunq́; rebus poſſunt iuuant. Hos in die mala, & in tempore aduerſo ab omni infortunio liberabit dominus. Et ęrumnas & calamitates eorum, in pacem, ſolatium, & fœlicitatem conuertet. Eos enim Chriſtus in cœleſtem hæreditatẽ deducet. Eos leni, & blanda oratione, Inuitatos, ad populum ſuũ in ſinum Abrahæ cõgregabit: dicens: venite benedicti patris mei: poſsidite regnum paratum vobis ab origine mundi: eſuriui enim & dediſtis mihi edere &c. Neq; hæc ſolis ecclesię paſtoribus, dicta putemus: oĩbus de proximo manda-

Ps.40.

Mat.25.

Eccle.17.

Mat.7.
1.Ioh. 2.3.
& 4.

uit dominus, & quibuſuis benefi-
cijs fratres afficere, tueri, diligere,
fouere, & aduerſus omnia pericu
la opem, & auxiliũ, ijs quibus eſt
opus, afferre iuſsit. Alioquin niſi
pereũtibus pręſentes affuerimus:
paratiq; manũ illis porrexerimus,
nuſquã à periculis immunes, neq;
diuinam miſericordiam conſeque-
mur. Quis enim eos auxilio di-
gnos putet, qui auxilium afflictis
negauerint? Iudicabuntur equidẽ
ſine miſericordia, qui miſericor-
diam non habuerint. Neq; tamen
præſentis inſtituti eſt, ſi uctus cha-
ritatis, mercedem operum miſeri-
cordiæ, aut impietatis, ſeueritatis,
& inhumanitatis ſupplicia, pluri-
bus verbis proſequi. Satis enim
ſit admonuiſſe rectores, & eos
qui eccleſiæ curam habent, vt
Chriſtum imitantur, & gregi, quę
ſunt neceſſaria, miniſtrent. Nunc
ad ipſas oues noſtra veniat oratio.

Solos pios, & miſericordes, miſericordia ſubſequit̃ Iaco.2.

De natura & conditione Ouium, & quomodo se optimi pastoris prouidentiæ cõmittere debeant: ut se ab eo, eiusq; ministris regi patiantur.

Caput Quartum.



IDELES quidẽ, ouibus passim in sacris Biblijs cõparantur. Nam ꝓpter humilitatem, innocentiam, patientiam, summumq; quod mortalibus afferunt commodum, ꝓpter spem, & fidem, quã in custodibus maximam habent, oues dicuntur. Oues siquidem præ cæteris animantibus minimè sunt noxiæ.

Ps. 43. 76. & 77. Mat. 7. 9. & 10. Pij p metaphorã oues & agni dicuntur.

Quæ sit ouium na tura.

Non enim mordent dentibus, vt luppi,& vrsi,non rugiunt, nec voce terrent,vt leones:non pede feriunt,vt muli,aut equi indomiti: non cornu petunt, vt tauri & hyrci.Non acutiores vngulas habent vt aquilæ,non aculeum , vt apes: non venænum vt serpentes . Sed viribus destitutę tutela,cura,& diligentia,boni pastoris opus habēt humilitatem vero vel hoc vno argumento possumus agnoscere, quod se etiā ab infantibus& puellis duci,ac regi,patiantur. Quemadmodum de Rachele,sacra Geneseos testatur hystoria. Quod quidē reipsa facilè dignoscimus. Hanc igitur inter cætera curam habeant oues,verè fideles,vt ad fidelissimum pastorem Christum, syncera mente confugiant . Illius immensam bonitatem, & misericordiam in rebus aduersis implorent.Ille enim solus potest,& vult

Gen. 24.

Heb.4.

nos conseruare incolumes, & bonis omnibus,bona cumulare. Vnusquisque igitur ex animo hæc verba, verissima optimaque fide loquatur.

Dominus regit me, nihil mihi deerit. Nemo enim viribus suis, virtuti,fortitudini, sapientiæ, aut fluxis hominum diuitijs, Sed Iesu Christo qui de nobis sollicitus,humano generi,& propugnaculum, & sacra est anchora,confidere debet.Qui cùm sit omnipotẽs, fons & origo bonorum omnium: Cui & data est omnis potestas in cœlo & in terra. Nihil nobis quod ad benè beateq; viuendum sit deesse patitur.Propterea & se nobis affuturum vsque in cõsummationem seculi pollicitus est. Hic ille est pastor bonus, qui huc curas omnes,& studia dirigit.Totusque in hanc rationem incumbit vt ouibus prosit.Quocirca omnes piè

Fiducia sui abijcienda. Hiere.17.

Apoc.1. Math.28.

Ioh.15.16.

ſeſe illius curæ & prouidentiæ cō mittunt:vt qui ab eo paſtum,vitam,& ſalutem omnē expectent.

Sollicitudo ꝓ victu & rebus externis mala.

Nec verò eos ea cura remordet, vt quid edant,quid bibant,vel q̄d induant ſolliciti ſint. Sed omnem animi,& corporis angorem lōgè repellunt.Omnes curas in deo reconditas habent.

Math.6.
Luc.12.

Primùm regnum dei quærunt:ſpem fidemq́; habēt nihil eorū,quæ ſibi ad vitæ vſum neceſſaria ſunt, defuturum . Qui enim animā & corpus dedit : etiā ea quę conducere videbit ad vitę ſubſidia,abūdè ſuggeret. Nā neq; corpus in fidem , & clientellam ſuā recipere negat:Neq;, quę ſua eſt in omnes bonitas,& clemētia, inopiæ noſtræ,leuiſsimis etiam in rebus ſuccurrere:Neq; vnquā ea quæ ad vitam humanam faciunt, ſuppeditare recuſat.

Acto.14.

In ipſo ſiquidem viuimus, mouemur, & ſumus.

Credamus igitur toto animo, certumq; sit nobis, Singularẽ Dei prouidentiam, ad humani generis salutẽ, dies noctesq; vigilare. Democriti verò, Epicuri, Luciani, & id genus nebulonum (qui eò dementiæ venerunt vt dei prouidentiam humano generi negarẽt) sententiam explodamus. Illis acerrimis nostræ fidei hostibus inuitis, Deũ supremo in loco ita esse collócatum nobis persuadeamus: vt etiam vis eius per vniuersum mundum diffusa: solem, lunam, sydera, & cœlos omnes moueat, circumagat, omnes astrorum cursus moderetur. Causas salutis, & incolumitatis omni animãtium generi (quæ in terra, mari, cœloque nascuntur) afferat. Ille est qui sua virtute, & numine, rerum omnium formas sinè difficultate proprio motu absoluit, ac omnia perficit. Qui vim suam, vt sol in mũdum radios,

Prob. 14.

Heretici dei prouidentiã tollentes explodẽdi.

Deus oĩa moderatur & gubernat.

per vniuerſa quæ condidit diſpargit. Hoc moderatore luna triginta diebus ſuum peragit orbem: Sol noctem occaſu, & diem ortu ſuo diſcriminat, & anni circuitu hyemem, ver, æſtatem, autumnum, quatuor illa tempora diſtinguit. Eiuſdem vis diuina omnia perluſtrat: tellurem ita fertilem reddit, vt lætas faciat ſegetes: vuas, & fruges fœcundas, ad hominum vitam reddat. Quorum etiam gratia, enaſcentibus arboribus incrementa miniſtrat: maturos fructus præbet fœtus animantibus: omnibus deniq; rebus animam vegetatiuam infundit. Quod vt breuius dicamus, idem eſt deus, in vniuerſo terrarum orbe, quod in naui nauclerus, quod in curru auriga, quod in choro tibicen quod lex & magiſtratus in ciuitate, quod denique dux, & Imperator in exercitu. Verũtamen hoc a deo intereſt, quòd laboribus

Ps. 103.

Comparatiōibus & ſimilitudinibus Dei maieſtas & authoritas oſtendit.

laboribus varijs, corpora & curis animum illi sollicitāt: Illi verò optimo, maximo, sinè vllo labore succedūt omnia: Cùm sit omnis molestiæ, laboris, & calamitatis expers. Omnia etiam in loco Immobili stans, mouet: & pro animi sententiâ circumagit. Rerum enim omniū principiū, finis, & medium, in eius manu sunt. Credamus ergo nos ab hoc pastore ali, cōseruari, & regi: Eūdem nobis adesse pręsentem, gubernatorem, & patronum vbiq; putemus. Omnia nostra consilia illi credita, quicquid deniq; possumus, & conamur, in manu eius esse agnoscamus: vt ea quocunq; voluerit flectere posſit. Curas omnes in dominū reijciamus, & ipse enutriet nos, quoniam illi nos, nostraq; curæ sumus. Neq; enim etiam si mater filiorū obliuiscatur, nostrî potest vsquā obliuisci. Summam verò dei bonitatē

Prouer. 21

1. Pet. 5.
Esa. 26.

in rerum omnium quæ condidit sapienti administratione, & admirabili ordine perpendamus. Quarum naturam quis altiùs perscrutatus, non opificem admirabitur? Singula enim conditoris amplissimam potestatem enarrant, insignem virtutem prædicant, & gloriam immensam extollunt: inde sanctorum exemplo, fidem in eo sitam habere in animum inducamus: Illum vt patrem veneremur, vt dominum colamus, vt pastorem sequamur, vt omnis boni largitorem amemus: sub illius ope perpetuò simus: hunc psalmum, in eius laudē, optima fide, imoq; pectore canētes, verè dicamus, Dn̄s regit me, nihil mihi deerit.

Ex creaturis creator agnoscitur. Ps. 18.

Quo pacto malum auaritiæ sit fugiendum.

Caput Quintum.



OS præterea admonet hic versiculus, ne imodica fluxarũ rerum cupiditate teneamur. Quid enim homini turpius, quàm si immunda illa pecora, quæ nulla vnquam capit satietas, æmuletũ? Quibus comparantur auari, qui auri, & argẽti insatiabili desiderio cruciantur: quorum nunquam explet cupiditatis sitis: sed quemadmodũ hydropici, qui quò plus bibũt eò plus sitiunt: sic quãtò pluribus affluũt diuitijs, tãtò maiores cupiũt. crescit enim amor nũmi, quãtùm ipa pecunia crescit: Illisq; tã deest quod habent, quàm quod nõ habent. quo quid hominum generi miserius? quid pniciosius? Hoc pecuniæ (quam nemo vnquã sapiens cõcupiuit) studiũ, radix omnium malorũ est. Nã vt quidã poëta ait.

Eccle.5. Auarorũ misera cõditio.

1. Thim.6

Iuuenal. Saty.6.

Prima peregrinos obscęna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt secula luxu
Diuitiæ molles.

Nos ergò ouiū naturā sequamur quæ sua lana cōtentæ modico & virēti gramine pascunt:ita & nos habētes alimēta,et vestimēta quibus tegamur,illis cōtenti esse debemus, etiā si nobis victus tenuis, habitus vilis,ministretur:satis enim nobis esse debet,quòd ea quæ nobis ad vitæ conseruationem opus sunt,dei liberalitas largiatur.Sorte nostrâ viuamus contenti. Nullum nisi honestum,& legitimum lucrū facere studeamus:neq; ex aliorum incommodis nostra comparemus cōmoda:Neq; fratri dolos struamus,quò res nobis tandem malè peritura accrescat.Verùm nos patris cœlestis curæ,& prouidentiæ, committamus:panem quotidianū

Simus cō tenti præ sentibus. Heb.13.

Ex alterius dāno nemo sit locupletior.

Math.6. Luc.11.

ab eo postulemus, vt nos pascat, semperque tueatur. Quantacunq; autem rerum copia nobis affluat, etiam vbi ruperint horrea messes & cellaria vina: Cogitemus tamen omnia fortunæ bona, nihil esse, nisi quatenus effusa benedictione dominus læta, & fecunda reddit. Deute. 8.
Quamobrem iubet propheta, diuitiæ si affluant, nolite cor apponere: ne ergo in eis animũ habeamus, sed ore, & pectore, semper versetur hic versiculus. Dominus regit me, nihil mihi deerit. Quùm enim pastor meus sit Christus, nullius rei indigere potero. Ps. 61.

De loco pascuæ, & ratione pabuli, ouibus exhibendi.

Caput Sextum.

EI prouidentiã obiter deſcripſimus, nunc ordinis ratio poſtulat, vt in hoc primo ꝟſiculo, locũ ĩ quo paſcãtur oues oñdamus. In loco paſcuę, inqt, ibi me collocauit. Hic verſus curã probi paſtoris oſtendit. Solent enim paſtores in locis herbidis: & paſcuis vberioribus, mapalia tendere. Itaq; ouis Xpiana, cõſtituit me, ait, in paſcuis lætiſsimis: & pulcherrimis: vt in eis recrearer, & reficerer. Illi ſunt montes Iſraëlis, in quibus ſuis ouibus hoc eſt pijs, & ſanctis dominus abundè ſe alimenta daturũ pollicetur. Per montes, ſacras ſcripturas (paſcua ſaluberrimis diuini eloquij ꝟbis refertiſsima) haud dubiè intelligit: In quibus locis, vbi perpetua eſt tẽperies, vmbra gratiſsima, gramen vireſcens, nos requieſcere iubet: Non ſolùm vt ęſtum meridianũ, hoc eſt aduerſæ

Paſtorum mos ſequendus.

Eze.34. & 36.
Eſa.64.

fortunę tēpestatē, effugiamus: Verùmetiam vt nostras mentes, cœlestiū rerū, & spiritualium cògitatione pascat. Illa sunt salutifera cælestis, & diuiuę doctrinę pascua, q̃ animam nostrā recreāt, & nutriūt. Queadmodū enī pane, & obsonio corpus crescit, & ī dies viribus augescit: ita cor nostrū, ac mens ipsa, & spiritus, sancto dei sermone, puris diuini verbi eloquijs reficiūt, & cœlesti gratiâ cōfirmāt. Quo q̄ dē cibo, quē fame tabescētibus ouibus, bonus ille pastor ministrat, q̄d salubrius, q̄d suauius, q̄d deniq; dulcius, ī vita humana esse potest? Nō abs re ꝑfectò regius ꝓpheta, delectari se plùs illo affirmat, q̃ cæteris mortaliū diuitijs, thesauris, atq; vitæ huiusce delitijs. Iudicia, inquit, domini vera, iustificata in semetipsa: desiderabilia super aurum, & lapidem preciosum multùm, & dulciora sup. mel & fauū.

Verus cibus animæ verbum domini.

In quo precio haberi sacra eloquia debent. Ps. 18.

Alio quoq; loco, ex imo pectore suspiria ducens ait. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super
Ps. 118. mel ori meo. Et alibi, argentum & aurum vilescere ostendit præ diuino sermone, dicens, Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti: Nullę igitur opes, nulla diademata, nulla imperia, nulla regna, nullæ copiæ, nullæ voluptates, cũ
Sap. 7. istis quidẽ opibus, & spiritus delectatione, sunt conferendę. Vnicè profectò amplecti, & summa obseruantia, altissimi patris eloquia colere debemus. Quæ eñ est tanta dicendi copia, aut vis ingenij, quæ lætitiam, & voluptates, quas Dei sermones, humano generi afferunt cogitatione complectatur, nedum verbis consequatur? O quoties pij, & sancti viri, præ calamitatum multitudine, animo desponderent: nisi verbi Dei virtute erigerentur, & spiritum reciperẽt,

Consolatio ex dei verbo.

Hinc enim in exilium pulsi, in carcerem cōiecti, & varijs morbis affecti, consolationē consecuti sunt. Ex illius studio, & legis diuinę obseruatione, præclaros vberesq́; fructus consecuti sunt. Verbi nanq́; diuini virtus ea est, vt illos tanto pietatis, & virtutis amore accenderit, vt etiam vitam cœlestē sub hac corporis mole duxerint: Et ad extremum vsque vitæ spiritum omnes neruos, omnemq́; curam, & diligentiam in colendis Dei mandatis adhibuerint. Ab omni certè iniquitate, & scelere, abhorruerunt, præcipuaq́; illis cura fuit, ne quid cōmitterent quod meritò reprehendi posset. Ideoq́; imo pectore eloquia dei, tāquam preciosissimum thesaurum recondebant, quorum obseruatione nusquam aberrabant: humanarū rerū cupiditate, nullatenus capiebantur. Imò potiùs ad cœlestē patriā,

Heb. 11.

Quis fructus ex verbo domini succedat.

Ps. 118.

Qua via sancti ad regnū cœleste peruenerint.

& fœliciſsimam illam beatorum ſocietatem, vbi vita perennis & beata, ſummo ſtudio properabãt. In tenebris huius vitę, verbum domini, tanquam fax, & lucerna illis prælucebat: ne quid offenderent, neúe deflecterent à via, quæ ad vitam beatam, & immortalem ducit.

Ephe.6. Heb.4. Quibus armis vincãtur hoſtes.

Cum bella ab hoſtibus ſæuis, & ferocibus ſubſtinerent, ſcutum fidei, & gladiũ ſpiritus apprehenderunt: id eſt verbum dei, vt furore concitatos hoſtes, funderent, ſequé ab illis ereptos, incolumes ſeruarent, O ſingularem, ô inſignẽ & inauditum mortalibus cibum, qui tot nobis per ſacras hyſtorias, nominibus, commendatur, quiq; pijs omnibus, tantos fructus tantaq; commoda affert. Eſuris? hic eſt panis vitæ ſuauiſsimus: in quo eſt omne delectationis genus, quò tuam poſsis eximere fa-

Laudatur verbum Dei, ex varijs nominibus.

mem:verſaris in tenebris? Lucernam aſſume pedibus verbum domini,& lumẽ ſemitis, quò greſſus tui,in viam ſalutis dirigantur. Ps.118.
hoſtes te premunt? gladium ſpiritus omni gladio acutiorem in proſcinctu habe:quo ſalutis tuæ, & veritatis fugentur hoſtes. Heb.4.
Langues? en ſaluberrimum antidotum quo morbis omnibus mederi poſsis. Ps.126.
Conficiunt te mœrores? à verbo Dei veram pete conſolationem. Mors te occupat? vnum eſt ſpiritus verbum, quod tibi veram vitam, ſalutemque reſtituat. Denique ſi vlla in re laboras, ad hunc cœleſtem cibum, tanquam ad ſacram Anchoram confuge, qui omnia morborum etiam grauiſsimorum, genera curat, labentes reficit, defeſſos exhilarat, & proſtratos erigit. O infœlices, & miſeros mortales, ô luce indignos,

qui tantam vltrò à ſummo paſtore ſalutem oblatam, cõtempſerint qui ſe tã ſacro, & ſalutari pabulo indignos reddiderint. Neq; tamen arbitremur, pabulũ hoc in emortua, & occidente litera conſiſtere, nam & ſancti ſpiritus auxilio opus eſt. Necat enim lectores lex domini, ſicubi Chriſti gratia deſit: tunc tantùm auribus inſonat, impuris oculis & corporeis legitur, & immũdo corde ſuſcipitur. Vbi verò viuificans adeſt ſpiritus, veram vitam, lucem, pacem, gaudiũ iuſtitiam, veritatem, Imò & Chriſtum ipſum exhibet. Hæc eſt Lex domini immaculata, quæ ab errore animas reducit, & paruulis ſapientiam pręſtat. Quamobrem alta mente repoſta religiosè in imo pectore ipſa manere debet. Sed quónam pacto hic ſacer cibus à fidelibus miniſtris ouibus dandus ſit nunc dicamus.

Litera occidit ſpiritus viuificat.

2. Cor. 3.

Ps. 18.

De ministerio uerbi, & administratione pabu- li spiritualis.

Caput Septimum.



ASTORES & ecclesiarum rectores, quos constituit super familiam suam, à quibus cũ tempus est cibum accipiat: huius sacri pabuli ministri sunt: Atq; hoc ꝑpagandi verbi diuini eximium & præclarum munus susceperunt. Illos eñ collocauit Dominus super cathedrã Moysi, in sublimi quidem loco vnde doctrina pietatis, Christianę religionis, & fidei de Christo Iesu dispergatur. Ideoq; animarũ medici, patres, pastores, speculatores,

Math.24.

1.Cor.4.

Mat.15.

Quæ sit cathedra Moysi.

Varia pastorũ nomina.

vigiles, epiſcopi, angeli, à Deo miſſi, dicuntur. Quod ergo medicus, curandis ægrotis corporibus præſtat, quod pater filijs exhibet, quod paſtor ouibus, quod vigil ciuibus quodq́; angeli hominibus miniſtrant: hoc & rectores eccleſijs, quarum curam gerunt præbere debẽt, peritos igitur medicos imitentur, animarum dolori ſuccurrant, ærumnoſos cõſolentur, proſtratos mente exhilarent, lapſos erigant, eſurientes reficiant. Quẽadmodũ medici corporis morbis, & doloribus, cæterisq́; rebus homini noxijs cumulatè medent̃, morbos enim membrorum ſenſuũq; curant, oculorũ vlcera, auriũ ſurditatem, oris fœtorem, tremorem membrorũ, capitis vertiginẽ, ſtomachi cruditatem ſanãt, imbecillis naturæ membra recreãt & reficiunt, neruos reſtituunt, greſſum addunt: lapſiq́; corporis in dies vi-

Medici munus expleant rectores.
Ecc.10.38

ꝑes augēt. Nec infirmos oīno doloris vi ſuccūbere patiunt̄. Ita & rectores eccleſiarū, ęgritudines ab animę ſenſibus, ſalutari medicina depellāt, atq; in rebus aduerſis piè ſuppetias ferant, ſalutē ouium oī diligentia & ſtudio curent: ne vitiorum morbi latiùs ſerpant, aut ſcelerum vulnera incrudeſcāt, q̄bus tandem ad interitum eorum vita & ſalus, qui ſe illis commiſerūt, vergat, omni induſtria, & ſollicitudine, pręcaueāt. Nec nō officio patrum fungantur, filijs alimenta miniſtrent, accepta ab æterno patre munera illis liberaliter impartiantur, & doceant ad vltorem peccatorum deum confugere. Ab eo veniam, & remiſsionē peccatorū, conſtanti animo expectare. Hoc ſit illorū præcipuū ſtudiū, cōſolari quos puſillanimitas, vel terror, vel deſperatio vel laboris ꝓpemodùm fregit impatiētia.

Medicorū ars aptè ad animū tranſfertur.

Mat. 6.

Patrum pietas paſtoribus congruit.

Ephe.6. Col.3. Deinde vt boni patris mos est, filios erudiãt: otiosos & Inanes modestè obiurgẽt, dormiẽtes expergiscantur, Omnem deniq; dent operam, vt virtutis studium, & vitiorum odium crescat.

Verumtamen inter cætera veros pastores agãt: vnusquisq; illorum sibi dictum arbitretur. Pasce oues meas, pasce agnos meos. Et quemadmodum officiũ boni pastoris est obambulare, vigilare, gregi consulere, ne quid desit ouibus prouidere. Summaq; diligentia & sollicitudine gregẽ ducere, & reducere: A luporum ferarumq; incursu incolumem protegere. Ita etiam æquum est, vt animarũ custodes pro ouium conditione victum, pabulumq; parent. hoc est vt illas doceant, hortentur, consolentur, verboq; veritatis & vitæ, reficiant. Diligẽtissimum verò, & vigilantissimũ pastorẽ Iacob (qui

Ioh.21.

Quale munus pastorum.

in hanc

in hanc operam ſtudiosè incumbebat vt oues paſceret,ad flumina deduceret,easq; ab omi periculo eriperet) imitentur vigilent,orēt, vt populi commodis, & ſaluti inſeruiant,forti animo conentur. Opus euangeliſtæ peragant.Cœleſtibus ſacri euangelij diuinæq; ſapientiæ epulis,ærumnoſas animas recreent:lapſas & à Deo alienas erigant.Hic ille eſt cibus ſuauiſsimus,deoq; gratiſsimus,Chriſtianis ſaluberrimus,qui de cœlo cecidit. Neq; enim poſſunt præclariùs de grege mereri,quàm ſi illi hoc ſuauitatis poculum, hoc eſt Chriſti doctrinam,propinent.Nec non ſe angelos,hoc eſt Dei optimi maxi mi nuncios,prę̄ſtent: & meminerint quidquid authoritatis,& dignitatis illis ſpiritus ſanctus in ſcri pturis tribuit,id totū officio, quo funguntur dari: nam vbi ad munus vocantur vnà à domino pro-

Gene.31. 1.Thim.3. Tit.1.

2.Thi. 4.

Mal.2. Miniſtri verbi angeli dicūtur.

1. Timo.3 uinciam accipiunt,vt rectè doce-
Ti.1. ant,& ex ore dei loquantur. La-
Mal.2. bia enim ſacerdotis (inquit Malachias)cuſtodiunt ſcientiam & legem requirent ab ore eius. Cùm igitur in tantis tenebris, mortiſq; obſcura caligine, & quod peius eſt, diuinarum rerum ignorantia, homines verſentur: Euangelij &
Mat.5. veritatis lucem, nequaq̃ ſub modio cælent: ſed ſuper candelabrũ ponant, vt omnibus qui in domo ſunt luceat. Tantam verò fœlicitatem & beatitudinẽ(quæ ex verbo domini prodijt) ignaris mentibus non inuideant. Neq; euange-
Ro.1. lium(virtus enim dei eſt in ſalutẽ omni credenti)erubeſcant. Omni ſtudio,& cura, dei voluntatem & gratiam omnibus viribus aperire & propagare nitantur & portum viamq; ſalutis oſtendant. Sic deniq; agant vt eorum labores,& lucubrationes Chriſtianæ reipu-

blicæ fructus afferant. Non autem aurem popularem, & inanem hominum gloriam, venentur: verùm vt deo qui penitus animum perscrutatur, sui officij rationem probent. Qui ergo annunciandi verbum domini prouinciam suscepęrunt, syncero & inuicto animo loquantur: ac omnes omnium hominum terriculas nihili faciant: verùm omnes neruos intendant, vt Christus vbiq; audiatur, colatur, & ametur: vt eius qui humanum genus saluum fecit doctrina, vbiq; suscipiatur, ac in dies fide & charitate perseueret. Quod vt cómodiùs præstare posint, exemplo beati illius viri ardenti desyderio se in lege dñi dies noctesq; exerceant: Asiduè eam meditētur, sibi dari sacrarum scripturarum intellectum orent, & precētur: Opē deniq; illius qui claudit, & nemo aperit, qui habet clauem Dauid,

Ps. 1
Pręcipuũ studiũ & oratio ad verbum dñi cognoscẽdũ necessaria.

Apoc. 3. aperit,& nemo claudit, quiq; ea
Math.11. reuelat paruulis,quæ huius ſeculi
ſapientibus & prudentibus abſcõ
dit flagranti animo implorent.
Nam adeò ſunt curuę in terras ho
minũ animæ & rudis ingenij, vt
legem domini ſine numinis auxi-
lio intelligere nullomodo poſſint.
Quemadmodum enim ſolis præ-
Eccle.43. clarum ſydus nemo oculis cernit,
niſi illius fulgore & lumine adiu-
tus:Ita diuini eloquij nemo ſplen-
dorem videt, niſi deus ipſe ſcriptu
rarum author ſuo numine mentẽ
Ioh.1.8. illuminet,voluntatem accẽdat,to-
tumq́; animum renouet. Quãob-
rem cum propheta ſupplices ſic
orabimus.Da mihi intellectũ do-
mine, & ſcrutabor legem tuam.
Reuela oculos meos,& conſide-
rabo mirabilia de lege tua. Doce
me domine viam iuſtificationum
tuarum. Bonitatem, diſciplinam,
& ſcientiam doce me.Ne auferas

Quomodo orandum pro cognitione verbi. Ps.118.

de ore meo verbū ỽitatis vſque-quaq;.Incola ego ſum in terra,nō abſcondas à me mandata tua.Exaudiet proculdubio dominus vota noſtra.Quid enim non exorat ſedula,humilis,& importuna ex fide prodiēs oratio?Precibus certè noſtris ipſemet Chriſtus,q̃ iuſsit cum fide,& perſeueranter orare, mentis caliginem depellet , corda illuminabit :vt quę ad dei gloriam & proximi commodum ſpectāt planè perſpiciamus:et quid expetendum,quid ve fugiendum,quidq́; agendum ſit,intelligamus.Cum verò hanc dei ſapiētiam rectores & paſtores fuerīt aſſequuti,operę precium erit vt eam longè lateq́; diſpergant,& regnum dei, gloria & honore illuſtrent.

Quæ ſit orationis virtus & efficatia.


Math. 21.
Luc.11.

Quanta auiditate,tam ſacer animæ cibus, ab oui

bus Chriſtianis ſumendus ſit & digerendus.

Caput octauum.

Sacra Biblia loca ſunt paſcuę.


D hæc igitur ſcripturarum loca, paſcuis vberrimis ac ſplendidis refertiſsima, alacri animo properent oues. Adeant vtriuſq; teſtamenti agros varijs ornatos floribus: in
Proue.29
quibus delicias reges, magiſtratus, cæteriq; priuati homines omniū maximas capiunt. Nec verò exiſtiment pabula (etiam ſi à multis ſumantur) aliquando minui poſſe: non enim illa ſunt vt ventris eſca, quæ quò minor eſt, eò minùs ſatis eſt. Sed quemadmodum vide-
Eccle. 43.
mus Solem æquè omnibus lumē infundere, terrasq; omnes luſtrare: Ita hæc alimenta eò ſunt vberiora, & ſplendidiora, quò à pluri-

bus accipiuntur, eoq; magis abũdant, quò frequentiùs illis vtimur. Accedant ergo fideles, vt sumant panem purum, verum, sanctum & diuinum, illum vnicum animæ cibum, qui à patre æterno filijs adoptionis benè dilectis proponitur, quò suam eximant famem, esuriẽtesq; satientur. Cætera autem omnia præ huius cibi dulcedine amara iudicemus: præ cælestis sapientiæ desyderio diuitias, opes, honores & totius mundi Imperia nihil esse ducamus. Omne enim aurũ, si ad illam comparetur, arena est exigua: & tanquàm lutum æstimabitur in cõspectu eius. Melior certè est teste regio ꝓpheta Dauide, lex oris diuini, quam millia auri & argenti. Propterea idem propheta dicebat, hæreditate acquisiui testimonia tua in æternũ, quia exultatio cordis mei sunt: & rursus, portio mea domine,

Proue.9.
Deut.8.
In quo precio sint eloquia dei. Proue. 8.
Ps.118.

Math. 13

Parabola theſauri abſcondi ti,& mar garitę, verbo do mini cō- gruit.

Ps.1.

dixi cuſtodire legem tuam verbū domini,illum eſſe cogitēt omnes theſaurum incredibilem,& abſcō ditum in agro, precioſamq́; & inestimabilem margaritã, quam vt adipiſcamur,quid nobis omnium bonorum iacturam facere graue eſſe debet?quid hoc theſauro hac q́; margarita deſiderabilius?in qui bus omnis fęlicitas,bonorum om niū copia, pax, gaudium,& vita, conſiſtunt.Ergo diuites & planè locupletes ſint oportet,qui tantarum rerum precium agnoſcunt, & agnitum ſibi comparant. Dies igitur noctesq́; omnes verè fideles legis diuinę pręcepta meditentur: vt quid iubeat deus,quid ve prohibeat,qua nos via cœlorū participes,& hęredes efficiamur,quod ſit paratum flagitioſis ſupplicium, & quæ præmia bonis adſint intelligant.Quæ omnia ex paſtoris voce facilè percipient. Hunc igitur

agnoſcant,hunc audiant,non aũt alienorum vocem.Neq; tamen ſatis eſſe putent,paſcuis ſacrorũ eloquiorum refici,legem diuinã meditari,addicere,vel fideli memoria complecti:niſi probè ad legis normam vitam inſtituãt:ab omni ſcelere abhorreant:ſeſe ab omni vitiorum labe immunes tueantur, virtutem & pietatem colant.Non enim mandauit deus mandata ſua ſciri,legi,vel audiri:Sed cuſtodiri, Idq; non frigidè,oſcitanti,aut ſocordi animo:Sed omni conatu,ita efficiendum eſt,vt ab obſeruatione legis diuinæ nunq̃ diſcedamus. omnesq́; actiones noſtras eius regula metiamur.Non enim eſt linguæ aut mentis doctrina ſed vitę: nec ingenio memoriaq́; dũtaxat, quemadmodum cęterę artes, cõpræhenditur dei ſapientia: ſed in anima,intimoq́; corde ſita eſt. Ibi ſedem & receptaculũ habet,vnde

Ioh.10.

Vita honeſta ſtudium ſapiẽtię ſub ſequi debet.

Ps.118.

Prouerb. 18.

Cor ſedes eſt diuinæ ſapientiæ.

in ſingulas corporis partes diſpartitur & in optimos vitæ mores transfunditur, adeò enim nos in ſe trāsformat vt nobis ſit ſummè frugifera. Nemo ſanè rectā verbi diuini cognitionē aſſequetur, qui non eam exuto veteri homine ex imo pectore amplectatur, intimisq; viſceribus reconditā obſeruet:

Ephe. 4.

Adhortatio ad virtutē chriſtiano homine dignam.

Roma. 2. Eſa. 52. Eze. 36.

Deſinant ergo nebulones quidā, Chriſti & euangelij nomine gloriari, qui nihil eius præter titulū, & inane nomē habent, falſò certè atque etiam Chriſtianæ religionis iniuriā, ſe Chriſtianos profitētur, cùm nihil habeant cum Chriſti bonitate, integritate, modeſtia, atq; morum honeſtate cōmune. Igitur ſi iure philoſophi ī eos inuehuntur, & tanq. Philoſophiæ nomine indignos fugiunt, & à ſuo grege depellunt, qui cùm philoſophiam profitētur, (quæ magiſtra vitæ eſſe debet) eam in nu-

gas, ſtultamq́; loquacitatem detorquent, ipſi verò eam nequaquam moribus exprimunt: Quantò magis id genus vanos & inutiles homines deteſtabimur, qui de ſacro euãgelio perperã garriunt, deiq́; verbũi nore, & ſummis labris tantùm habere cõtenti ſunt: Cuius virtus centuplo maior eſt, quàm frigidæ Philoſophorũ præceptiones. Sacri igitur euangelij vis in intima pectoris viſcera, trãſfundi, atq; in anima penitus reſidere, totumq́; hominem transformare debet. Sed iam tẽpus adeſt, vt de ſalubribus aquis, quid noſter Pſalmus dicat audiamus, vbi enim de loco paſcuæ mentionẽ fecit, ſubiungit.

Non ſatis eſt verbũ dñi ore geſtare.

2. Cor. 3.

Super aquas refectionis eduxauit me.

De aquis ſpiritus ſancti, quibus fideles reficiuntur, & quæ ſit aquarum ſpiritualium vis, & proprietas.

Caput nonum.

Aquæ ꝓprietas maximè conuenit gratiæ diuinæ & ſpiritui ſãcto.
Ps. 35. 41.
Cant. 4.
Ioe. 3.
Eſa. 12. 55.
Ioh. 4. 7.



ER aquas, noſter Propheta Dauid ſalubres, & ſpiritus ſancti liquidos fontes, amęniſsimaq́ue gratiarum flumina intelligit: quibus oues domini ad vitam ęternam nutriuntur. Eſt enim ſpiritus ſanctus, fons indeficiens, vnde aqua ſalutis, vitæ, gratiæ, & diuinæ, ſapientiæ ſaliens in vitam æternam ſcaturit: quam qui bibit non ſitiet iterum, nec quęret

ſibi ſyſternas diſsipatas,quæ continere ſalutiferas aquas nō queūt. Sed fiet in eo fons aquę nūq̄ deficientis,atq; in vitam peremnem ſalientis.Hinc amęno & leni murmure fluunt pacis, tranquillitatis, omnisq́; gaudij riuuli,qui ſuo Impetu ſummopere ciuitatē dei recreant.Illæ ſunt aquæ miſericordiæ diuinæ, quæ humanæ carnis ſtimulos extingunt,omnemq́; peccati labem abluunt,ſalutifera quadam virtute petulās ſcelerum incendium,penitus eximūt. Deniq́; & inſatiabilem cupiditatis ſitim,ſaluberrimè ſedant:& nouas homi nem induūt formas.Quemadmodum Naamam accepimus, qui cum eſſet Princeps militiæ regis Syriæ,leproſus tamen,ad verbum Heliſei viri ſancti in aquis Iordanis ſepties tīctus, ſaluus fuit, priſtinamq́uę valetudinem recuperauit. Adeó enim nitidus purusque

Hie.2.

Galat.5.

Ps.45.

Quæ ſit vis gratię diuinæ.

4.Reg.5.
Luc.4.
Naamam a lepra mūdatus noſtram purgationem figurat.

apparuit,vt quidē infantis corpus induiſſe videretꝰ. Neq; verò Iordanis aquarum vi,hoc illi munus datum eſt:Sed ſpiritus ſancti gratia.Cuius ea eſt vis & poteſtas, vt mentis ſordes abſtergat, omnemq; vitiorum labē expurget: quod Zacharias Propheta his verbis apertiſsimè deſcripſit.Erit, inquit, fons,patens domui Dauid,in ablutionem peccatorum, & menſtruatæ.Iſtis aquis conterūtur capita Draconis,qui nos ad necem et interitum vſq; perſequitur. Vt enim Pharaonem cum maximis copijs vehementis maris aquæ, (quas priùs Hebræi hoſtibus vndiq; circumcepti,ſicco pede trāſierāt,imminentēq; capiti enſem, ſumma dei mīa,& pietate ſuffugerāt.)vaſto gurgite abſorbuerunt.Ita noſtræ ſalutis præcipuus hoſtis Sathan,cū ſuis oībus, miniſtris,vetere hoīe,& carne noſtra,

Zac.13.

Ps.73. Submerſio Pharaonis noſtram de hoſtibus victoriā oſtendit. Exo. 14.

hisce ex spūali fonte exoriētibus aquis,oēs vires amittit. Victoriā harū opera referūt fideles,oībus in periculis, aduersus peccatum, mortē,diabolū,& cōtra vniuersam illorū cohortē munitissimā, summa alacritate animi pugnant: perditissimos nostræ animæ hostes (qui nō cessant negotiū nobis facessere,atq; in prælio insidias struere) omnibus destituūt viribus,fusosq; forti animo persequunt. Neq; verò iniuria, sancti spiritus dotes,aquarū naturæ cōparamus. Nulla enim similitudine magis accōmodâ,spiritus scti vis ac proprietas,exprimi potuit. Nā queadmodū aqua terrâ est subtilior,& clarior, adeoq; necessariū est hūano generi elemētū,vt sine eo nulla possit esse vita vitalis. Et veluti ꝓpriū eius est ex fontibus scaturire,ex perēni flūine exhauriri,ꝑpetuò fluere,tellurē irrigare,

Quomodo vincātur aduersarij.
Ephe.6.
1.Petri.5.

Pulchra cōparatio aquæ materialis ad aquā spiritualem.

ſterile ſolum fęcundum reddere, lętas facere ſegetes,fructices,arbo res,omnes deniq; plantas augere, & quaſi alere:ſitim pecudum om niumq́; animantium explere,mun dare,extinguere : multáq; alia ad vitæ conſeruationem efficere. Ita ex diuino ſancti ſpiritus flumine, omnes animi dotes, omnia gratia rum munera,hauriuntur, hînc illa ſalubris aqua,quæ nos à rerum hu iuſce mundi fluxarum contagio, auocat,deòq; ſimiles, & cœleſtis ſpiritus participes reddit.Iuxta hu ius riuulos arbores, ameniſsimos virtutum fructus tempeſtiuè affe- rũt. Nam vir pius dei ſpiritu ad- iutus,vbicunq; tempus, & res po ſtulat,dei gloriam promouet, re- gnum Chriſti ſtabilit, proximum atq; ſeipſum ędificeat.Vocantur au tem ſpirituales iſtæ refectionis a- quæ,quoniam debilitatas animę vires reparant, fractasq́; reficiunt.

Eſa.12.22. 44.55.

Ps.2.

Viri fide- lis deſcri ptio.

Cur dicã tur refe- ctionis a- quæ.

Per

Per aquas verbum domini, etiam intelligimus, neq; mirum esse debet: si res nobis tam sancta, tantiq; ponderis, varijs figuris significetur. Hoc enim dei spiritus efficit, vt altius in cordibus nostris sacrũ dei eloquiũ radices agat, vt illud vnicè amplectamur, amemus, obseruemus, nec vnq̃ excidat à memoria verbũ salutis, & vitæ: quod tot nobis in scripturis nominibus commendatur. Cùm sit nostræ liberationis, vitæ, glorię, iustitię, gaudij, & æternę salutis initium: quo saluamur à periculis, liberemur à morte, & à gehennæ inextinguibili incendio reuocamur. Quo etiã à morbis eripimur, & labẽtes, defessi męroribusq; confecti, & releuamur & sustentamur: In quo deniq; vno verbo domini veram & solidam consolationem positã inuenimus. Nũc ad officiũ pastorum transeamus.

Verbum dei varijs modis representatũ

Mira verbi dei virtus.

Paſtorũ munus eſt ſalutaribus iſtis, & ſpiritualibus aquis, ouium ſitim explere. Caput decimũ.



D hunc bonorũ omnium fontem, eccleſiarum præfecti, benignè inuitare debent fideles, vt reficiantur, & hylari animo doctrinæ gratiæq; diuinæ aquas è diuinis ſaluatoris fontibus hauriant. O verè beatos, & fœlices, quorum ex hiſce aquis ſcripturarum ſpiritus eſt potus, qui languẽtem reficiat animam. Implebitur in eis quod per Eſaiam predixit dominus. Effundam, inquit, aquas ſuper ſiticuloſam & flumina ſuper aridam, quibus quidem verbis dominus ele-

Eſa.12.

Eſa.44.

ctis sitientibus, qui gratiæ & doctrinæ euangelicæ sunt expertes, spiritum pollicetur: quemadmodum subinde indicat dicens, effundam spiritũ meum super semen tuum, & benedictionem meam sup gramina tua & crescet vt inter aquas, & sicut salices ad riuos aquarum. Istę sunt aquæ Siloë, quę leni agmine fluunt, in quibus cæci visum recipiunt, de quibus etiã conquestus est dominus dicens, pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloë, quæ vadunt cum silẽtio, & assumpsit magis Rasim, & filium Romelie, propter hoc ecce dñs, adducet sup eos aquas fluminis fortes, & multas &c. Hic gratiarũ fons, rectè fonti qui in medio paradisi est, ex quo oriũtur flumina, quæ omnẽ terrarũ orbẽ perfundũt, cõparari poteſt. Nam vt ex eo fonte quã plures emanant riuuli, sic & ex spũ sctõ variæ deffluũt consolationes, quæ longè lateq;

Qui sitiũt ipsi saturã tur.

Iohan. 9.

Esa. 8.

Gen. 2. Fons irrigans terræ superficiem spiritus sanctus est.

dispersę, omne hominū genus reficiunt, & recreāt: has aquas ouiū pastores, diligenter percontentur, feruenti animo inuestigent, inuentas verò ad instar patriarcharum prudenter & fideliter partiantur. Hos legimus omnem curam, & diligentiam adhibuisse in fodiendis puteis, & perquirendis aquarū venis: vt ipsi inde ac filij eorum, & pecora potarēt. Nōne & Moises cùm siti oppressus clamaret populus, sępius dominum exorauit vt sitienti populo succurreret? Primùm quidē cùm venissent in mara, nec eius salsas et amaras possent aquas bibere clamauit Moises ad dominum, & ostendit dominus illi lignū, quod cū immisisset ī aquas, dulces factę sunt. Deinde cū deduxisset eos in Elim, vbi duodecim fontes aquarū, & septuaginta palmę erant, castraq; metati essent iuxta aquas, abundè

Gen. 16. 26.
Exemplo patriarcharū & moisis pastores de aquis prouideant.
Exo. 16.

desideriū illorum impleuit. Nōne è silicibus & rupe eduxit aquā, vt multitudini sitiēti & iumētis eorū potū largiretur? Sint igitur partes pastorum, sitim populi dei sedare, & salutiferas fidelibus aquas effū-dere: Qui sępiùs præ aquæ & potus penuria gemunt, quiq; ab ore sacerdotum qui præsunt, hanc refectionem spiritualem, postulant & flagitant. Quorū munus est dei opē, pro salute populi, assiduis precibus implorare: vt pro sua in oēs clemētia, thesaurū fontē aquę viuę aperiat, et sitiētiū sitim expleat. Deinde sancta consolatione mētes recreare conentur, & in gregis cōmodū effundere pluuiā illā doctrinę salutaris, de qua propheta, ait, pluuiā voluntariā segregabis deus hęreditati tuæ, & infirmata est: tu verò perfecisti eam. Pluuiā certè doctrinæ intelligit qua deus pro sua munificentia, et liberalita-

Exo. 17
Nu. 20.
Mal. 2.
Ps. 67.
Quid pluuia significet.

De siti quam ad huiusce-modi tam utiles aquas o-ues habere debent.

Caput yndecimum.


Agna quidem alacritate animi,propensaq; voluntate debent Christiani ad has refectionis aquas ꝓperare: & cũ regio ꝓpheta dicere. Quemad modũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ,ita desiderat aĩa mea ad te deus. Sitiuit aĩa mea ad deũ fõtem viuũ,quando veniã?aut aparebo ante faciem domini ? Illius exemplo afflictarum ouium animus adire fontẽ ſpũs ardẽsiſsimè cupiat. Qui fons est oĩs puritatis, Charitatis,gaudij,& lõguanimitatis,tollerãtiæ,comitatis, benignitatis,fidei,mãsuetudinis,& temperãtię. Quis nõ ad hũc fontẽ qui est omnis lætitię,& boni origo,Salus

Ps. 41. Quo desiderio ferat̃ in deũ sitiẽs animus. Esa.12. Zac.13. Zoe.3. Gal.5.

animæ & mentis tranquillitas hylari pectore proficiſcatᷓ? Propheta Ezechiel lucidiſsimè aquarũ huiuſce fontis vim, ac poteſtatẽ docuit dicens. Effundam ſuper vos aquam mundã, & mundabimini ab inquinamẽtis veſtris, & ab vniuerſis idôlis veſtris: mũdabo vos, & dabo vobis cor nouũ, & ſpiritum nouũ ponã in pręcordia veſtra: & auferã cor lapideũ de carne veſtra, & dabo vobis cor carneũ: Inſeram ſpiritũ meũ in inferiora veſtra, efficiamq́; vt ambuletis in ſtatutis meis, & iudicia mea cuſtodiatis, atq; faciatis. Quibus quidẽ verbis apertiùs exprimi nõ põt aquarũ ſpiritus vis & natura: quę pręter cętera ita omnẽ animi labẽ, & mẽtis ſordes abluit, vt ne quid omĩno illi inhęreat impiũ, & dei oculis indignum. Deinde verò tantã in nobis efformãt animi ſanctitatẽ et vim, vt nihil niſi rectum

Ezech. 36

Quæ ſit dei gratia in peccatores.

Spũs ſanctus oĩno pctã delet innouat mentẽ & roborat.

honestũ, & sanctum expetamus. Vim quidẽ illã spũs sancti prębẽt, qua duce animus noster prauis cupiditatibus, cæterisq́; perturbationibus imperat: & liber factus rectam rationem, præceptàq; dei sequitur. Hanc igitur aquam flagranti animo bibant omnes verè fideles, hanc requirant, & his verbis orent, pro ingenti misericordia tua dele scelera mea. Ampliùs laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mũda me, expia me domine hysopo & mũdus ero, laua me, & niue ero cãdidior. Hanc quidẽ spiritus naturam Micheas Propheta his verbis aperit. Quis similis tuî ô deus, qui aufers iniquitatem & transfers peccatum reliquiarum hęreditatis tuæ? Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est: reuertetur et miserebitur nostrî, deponet iniquitates nostras & pro-

Afflictæ conscientiæ præcatio. Ps. 50.

Mich. 7.

jiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Huius autē aquæ vim & potestatem baptismata & purificatiões legales quódā præfigurabāt: quæ immūdiciē & spurcitiem quidem mētis exponebāt, non auferebāt. Impoßibile enim est sanguine taurorū, & hircorū, auferri peccata. verū aliud lauacrum pollicebantur, quo oēs abstergerentur animarū sordes. Hoc lauacrū Christus est: In quo erāt benedicendæ oēs huius orbis nationes: Cuius sanguine abluti, & liuore sanati sumus. Sua enim obediētia, hominis inobedientiā (quæ quondā dei iram prouocauerat) aboleuit. In eo certè redēptionē, & remißionem peccatorum habemus. Hoc verò tam admirabile, & sublime mysteriū, Crux præclarè nobis Iesu Christi ostendit, Cū ex sacro eius latere aqua & sanguis effluxerunt. In hac enim

Leui. 14. Num. 19. Heb. 10. Christus lauacrum nostrum. Gene. 22. Heb. 9. Esa. 53. 1. Pet. 2. Roma. 5. Ephe. 1. Colos. 1. Ioh. 19.

aqua,& sanguine,purgationis, & redemptionis testimonium habemus. Quocirca & de sanctis, quos sanctus Iohannes conspexit, amictos stollis albis, respondit angelus: hi sunt qui venerunt ex afflictione magna,& lauerunt stollas suas,& dealbauerunt eas per sanguinem agni. Syncero igitur animo, bona fide, intimoq; pectore, ad hoc lauacrum accedamus: & illius vndis penitus immergamur, vt salutem ęternam cósequamur. Sicut enim valetudinem recuperabat, licet grauissimo morbo oppressus, qui primus in piscinam cum aqua ab angelo turbaretur, descéderet: sic & in Christo, sinè vllo munere nostro iustificamur: per redemptionem quæ est per ipsum Iesum, quem per fidem, interueniente ipsius sanguine, humano generi subsidium, proposuit dominus, à quo omnes

Quid aqua & sã guis significent.

Apoc. 7.

Heb.4.10

Piscina mysteriũ est nostrę salutis.

Ioh.5.

Roma. 3.

aquæ refectionis, & purgationis emanant, & fluunt. Adeamus igitur fido animo, ad illũ gratiæ thronum, & benignitatis theſaurũ, vt miſericordiam ac opportunũ auxilium inueniamus, & diuinã gratiam exoremus. Sed noſtri paſtoris Ieſuchriſti immenſam in nos miſericordiam, & bonitatem, pluribus verbis ꝓſequamur: & quid propheta in hoc ſpirituali, quem enarramus, Hymno dicat, audiamus. Animam meam cõuertit: deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum.

Heb. 4. Ad Chriſtum accedendũ.

De ſumma Paſtoris Ieſuchriſti benignitate, in conuertendis Ouibus, ad ouile ſuum.

Caput duodecimum.



Stis quidem verbis, propheta regius Dauid, illustrẽ illam, & immensam optimi Pastoris ĩ se charitatem eloquitur. Neq; enim satis fuit summo rerum omnium moderatori, Dauidẽ regere, pascere, potare, tantisq; exornare beneficijs: Sed cùm illius fluctuaret animus, cumq; in miserã abiectamq; conditionem demissus esset, & lõgiùs à pastore suo, velut ouis misera, quæ iam perijt, recessisset: procul à recta viuendi viâ aberrans, neq; spõte redire poterat, vnde digressus erat: maxima enim impiaq; facinora commiserat. Qui cum Bersabee fortissimi, fidelissimiq; ducis sui vxore, mœchatus esset: cumq; tandem crudeliter trucidari curauisset. quo quid magis impiũ et scelerosum excogitari po-

Dauid ab ĩfœlici vitiorũ via ad viã virtutis et vitæ reuocatus.

2. Reg. 12. Adulterium homicidio iunctum.

teſt? Verùm dominus prò ſua in omnes clementia, illum à turbulẽtis erroribus auocauit,& ad pręceptorum ſuorum, legumq́; ſanctiſsimarum obſeruationem conuertit, Deditq́; illi mentem vt animum ferum, & impium agnoſceret, ſuumq́; horrendum facinus execraret: Tandẽ verò ſpem omnem ſalutis in ſola dei miſericordia reconderet. Bonus autem paſtor pro ſua incredibili bonitate, nullis quidem Dauidis meritis ductus, ſeruum ſuum requiſiuit, ne luporum præda fieret, eumq́; reduxit, ad herbas illas ſaluberrimas, & vernantia prata, de quibus paulò ſuperiùs diximus: Idq; propter nominis ſui gloriam, hoc eſt propter admirabilem in humanum genus bonitatem. Neq; verò putemus hoc ad vnum Dauidem tantùm beneficium pertinere: nam de omnibus etiam fidelibus dictum hoc

Ps.31.50.

Quid nomen Dei ſignificet

intelligitur. Humanum enim genus, cùm ab authoris patris, à veriq; pastoris mandatis discessisset, sanctissimamq; creatoris sui similitudinem, (ad cuius instar efformatũ erat) obliterauisset: diuino gratiæ lumine priuatũ, vita, iustitia, sapientia, innocentia, & id genus paternis virtutibus spoliatũ, non iniuriâ sui tam nefandi sceleris suppliciũ dedit. Tota verò primi parẽtis posteritas, vitio paterno (cui tanquam hæreditario quodam iure succeserat) malis moribus, varijs sententijs, & opinionũ labirinthis inuoluta, in obscuris tenebris, in picea caligine, in cæca diuinarum rerum ignorantia, in terroribus mortis, & inferi, in ærumnis, cæterisq; fortunæ rebus aduersis, diu multũq; (prô dolor) versata est. Verumtamen in hanc tenebrarũ VALLEM optimus

Gene.1. Lapsu primi hominis multis bonis spoliati sumus. Gen.3. Ro.5.

Quæ sit hereditas primi parentis.

beatitudine,repoſuit.Itaq; dolo-
res,languoresq́; gregis ſui portare non erubuit:vt eum ab omni iniquitate redimeret, ab impietate ſaluaret,& ab huiuſce mundi nequitia eriperet & nobis cœlum, Iuſtitiam,vitam,gaudium donaret Perieramus enim niſi benignus paſtor ouiũ nobis affuiſſet Chriſtus dominus,ſeruator, redẽptor, & liberator:qui omni diligentia paſtoricium munus exerceret. Sic enim dilexit oues: vt ſemetipſum illis redimẽdis dederit:lupos verò,eorumq́; iniquitatis miniſtros,vt nos deuorarent venientes,nequaq̃ fugerit:verùm ſe illis vltrò rapiẽdum obtulerit,& animam dilectam pro ouibus ita poſuerit,vt nos à crudeliſsimis ferarum dentibus eriperet:& ſibi populum gratum, & acceptabilem pararet.Maiorẽ igitur in nos charitatem clariori argumento ſigni-

Eſa. 53.
Fructus crucis enumerat.
Gal. 1.
Ioh.10.13.
Summa paſtoris charitas.
Eſa.53.
Titum.2.

Ro.5. ficare non potuit, quàm cùm adhuc peccatores,ingrati,ſerui reprobi,viliſsima Sathanæ mancipia eſſemus:christus pro nobis mortuus

Ephe.1. Col.1. 1.Pet.2. Eſa.53. eſt,ſanguineq́; ſuum liberaliter effudit,in redemptionem, remiſsionemq́; peccatorum:quæ ſuper lignum ille in corpore ſuo perferre voluit, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus, cuius liuore ſanati ſumus.

Commemoratio bn̄ficiorū noſtri paſtoris. Hic eſt ſummus ille, & ſingularis paſtoris in nos amor, quo ductus,animas noſtras conuertit: & à captiuitate in libertatem, ab iniquitate ad iuſtitiam, ab errore in veritatem, à tenebris in lucem, à morte in vitam, à naufragio in ſalutis portum, ab interitu & perpetua damnatione in ſalutem æternam reducit. Neque immeritò animarum quæ languent, & dolore conficiuntur,medicus(vt eſt)

Mat.9. Chriſtus medicus. vocatur:qui in plenitudine temporum,in terras venit,vt morbis ho-

minum & langoribus mederetur. Quocirca se Samaritano comparat, qui vidit eum qui inciderat in latrones, multis plagis acceptis, miserè spoliatum, & semianimem relictum, cuius calamitate affectus, & misericordia motus, ex iumēto descendit, & oleum gratiæ suæ, vinumq; euangelicæ doctrinæ, in vulnera sauciati effundens, alligauit ea, ipsumq; semimortuum imposuit in iumentum: ille verò pedes afflictum duxit in diuersoriū. Nec solùm curam egit miseri hominis, sed etiam hospiti commendat, promit denarios, vt ægrotum curet, donec ille redeat, & fide iubet in reliquum se sponte redditurum, quamcunque pecuniam hospes errogauerit, & quodcumque expenderit. Hæc est christi in nos inenarrabilis bonitas, & immensus amor erga peccatores, quorum non gaudet interitu, neq

Lucæ.10. Parabola Sauciati & Samaritani describitur.

Quid vinum & oleum.

Eze.18. mortem quærit illorum. Sed magis magisq; cupit, vt conuertant & viuant. Ideoq; omnes qui malè habent, qui laborant, qui pondere peccatorum aut alijs ærumnis onerati sunt, vt reficiantur sua uissimè ad se inuitat. Itaq; sedulò pœnitentiam prædicat, quoniam appropinquauit regnum cęlorũ. Et ijs qui pœnitentiam non egerint, æternum exitium comminatur. Ad id autem tam crebris nos sermonibus, per Prophetas, per Apostolos, per eos, quos ad nos mittit nuncios, sanctos dei homines hortatur: vt exuamus veterẽ, & terrestrem hominem, & in nouitate spiritus renouemur, eumque, qui secundum deum conditus est per iustitiam, & sanctitatẽ veritatis induamus. hoc deniq; quærit à nobis, hoc postulat, hoc flagitat: vt hanc nobis cum cæteris animantibus communem na-

Dei volũtas in nostrã salutem propensa.

Math. 11.

Luc.2.

Mat.3.12.

Pœnitentiam docet.

Luc.13.

Ephe. 4.

Colo.3.

Quid sit exuere veterem hominem.

turam exuamus. Cumq́; plures ſint qui ex humanâ in ferinã tran ſeunt naturam,atq; more pecudum in omni vitiorum genere ſe ſe volutant,hos ad ſe benignè vocat dominus,& ex brutis homines,ex Lupis agnos,ex Leonibus oues mitiſsimas, ex ferocibus aquilis, columbas reddere conatur:ex perditis & ſceleratis homines frugi,ex impijs & incredulis pios efficere cõtendit.Hunc ergo paſtorem audiamus,huic obtemperemus, huic obſequamur, qui nos tãto proſequitur amore, quiq́; noſtra cauſâ tam indignam tamq́; acerbam pertulit mortem: vt iratum nobis propter peccata patrem placaret,reconciliaret, & in amicitiã illius nos reduceret, exules in patriam reſtitueret; in cœlum ipſum & ſplendidiſsimas beatorum ſedes reportaret.

Quã trãs formationem à nobis requirat dominus.

Ephe. 5. Roma. 5.

Quis fructus mortis dominicę.

Præcipuum paſtorũ offi ciũ eſt, errãtes oues ad ouile Chriſti ducere, & animas conuertere.

Caput decimũ tertiũ.



Ectores eccleſiarum huius optimi paſtoris Ieſu Chriſti veſtigia ſequantur. Illius exemplo omni ſtudio, & cura, animas conuertant, excandeſcant in ſcelera, præuaricantium corda arguant, increpẽt, obiurgent: obſecrent etiam cùm res poſtulat tùm priuatim tùm publicè. Ab omni errore oues reuocent, & à vitiorum caligine, atq; à via, quæ ducit ad perditioné eas abducant. Nec mora ſit, quin ſedulò verbo legis per-

Quid rectoribus potiſsimũ curãdum.

2.Tim.4.

Qua ratiõe à via mala impij reuocandi.

terrefaciant præuaricantium corda,& miseram illam diaboli seruitutem omniũ oculis subijciant, quo nihil immanius:nec crudelius,qui necis nostræ quàm suæ vitæ sit auidior. Voluptatum fœditatem, rabiem,& temeritatem doceant,Eos qui effrenatè viuũt qui in omni delitiarum genere se se volutant, qui potiùs ventri, somno, & libidini, quàm suæ ipsorum saluti, aut CHRISTI gloriæ inseruiunt, proposita iudiciorum formidine reuocent. Ille enim non solùm exacto huius vitæ stadio, Impiorum scelera æterno supplicio vlciscitur, verumetiam dum vitam adhuc sub hac mole corporea degunt,publicè scelerũ pœnas luũt: varijsq; semp fortunæ casibus & ærũnis iactantur: quẽadmodum ea quæ in dies experimur, nos exempla docẽt.Sacra autem scri-

2.Petri. 5. Ioh.8.

A timore iudiciorũ Dei prædicatio exordiũ sumat.

2.Tim. 5.

ptura manifestè dei seueritatem ostendit, qui angelis peccantibus non cõdonauerit, sed catenis obscuræ caliginis vinctos, præcipitẽs in diem iudicij dederit. Quondam verò diluuium propter horrẽda impiorum facinora induxit, & ciuitates multas ardentibus flãmis solò adæquauit. Quid hîc referam varias ægipti clades? quid iudicia domini quæ in deserto cõtingerunt? Vbi impia hominum turba meritò scelerum suppliciũ dedit: Alij enim gladio, alij lãgoribus, alij à serpẽtibus icti periertũ: alios verò terra etiam viuẽtes absorbuit. Ex his ostendant pastores, iudicium impiorum, non serum futurum, & perditionem illorum non morari: Nam si is qui per angelos dictus fuerat sermo, vim & firmitatem habuit, omnis transgresio & inobedientia dignum factis præmium accepit,

2. Petri. 2. Exempla diuinæ seueritatis. Gene. 7. Gene. 19. Iude. 1. 1. Cor. 10. Exod. 32. Nume. 14 21. 25. 2. Petri. 2. Iude. 1. Ex aliorum periculis iudiciũ fiat. Heb. 2. 12.

Ecquid effugient, qui tantam gratis à CHRISTO oblatam salutem contemnunt? hæc ante oculos proponenda sunt, hæc sæpiùs atque iterum docenda, hac ratione, duriora silicibus hominum corda, ministri verbi frangunt & leniunt. Operepræcium verò est animi turbationes tranquillas reddere, in gratia dei stabilire, & fideles ad CHRISTVM qui via, veritas, & vita est, deducere: qui integerrima vita, v(r.tate, benignitate, & iustitia ostendit, qua via quoque tramite itur ad Deum: qui solus finis noster est, & omnium nostrorum operum scopus, hūc vnum doceant, ostendant adhunc etiam peccata punientem confugere; & benè ab eo veniā sperare. Probè vbi domni quod per Ezechielem prædictum fuit meminerint, Si speculator, Inquit

Qua ratiōe cordis duricies frangatur

Erigenda ī deum fiducia.

Heb.13.

Ioh.14.

Roma.10

Eze.33.

Grauis cōminatio in pastores cessantes à q̄bus requiritur sanguis perditorum. 1.Petri.5.

viderit gladium venientem nec clanxerit cornu, & populus discertè non fuerit præmonitus, nec cauerit sibi; & venerit gladius, & abripuerit ex eis aīam talis propter iniquitatē suā abreptus est: sed requirā sanguinē ei⁹ de manu speculatoris. Quādo igit̄ ratio illis reddēda est, corā principe pastorū de ea ꝓuincia cuius administrationē susceperunt, qui se patres & pastores profitentur: omni studio aduigilent: vt sibi subditos fideles à via iniquitatis ad viam veritatis reducant: Ne cum impijs obscurentur & in peccatis moriātur. Quod commodiùs efficere nemo potest, quàm verbi ministerio, sine quo prorsus de salute omniū actum est: illo verò illucente omnes omnia quæ deus omnipotens condidit, & miracula per eū facta, maximè verò Iesúm christum salutis nostræ authorem in-

Qua via agnoscāt oues, q̄d sequendū quidue fugiendum

telligent : & quid rectum, quid iniquum videbunt, viam & ſemitas iuſtitiæ conſpicient, eaſqúe ita ſequentur, vt ab illis nunquam aberrent, néve in lubricum pedes titubent, & maligni ſpiritus opera ab hac via deflectant. Nihil autem prius, nec fortius in hoc negotio reperiri poteſt, quã ſi ſemetipſos, egregium & ſingulare quoddã inſtituendæ vitę exẽplar prębeãt, et tales deniq; ſe exhibeãt, & vitã ſuã tanquã ſpeculum oĩm oculis proponãt quales & cæteros eſſe cupiunt, & æquum eſſe cẽſent. Si igitur talibus paſtoribus hodie Chriſtianus grex duceretur, non tanta ouium copia, hâc atque illâc aberrans, & incerta cerneretur : neque tot animas fera peſsima deuoraret. Sed loco antiquorum (prô dolor) quidam inſurrexêre nomine quidẽ paſtores, re autẽ ipſa tõſores & depaſtores,

Exemplũ miniſtrorũ efficax eſt.
1. Tim: 4.
Tit. 2.
. Pet. 5.

Quale dã num affe rãt paſtorũ vitia.

qui de reparanda eccleſia, conuertendis ouibus, & eradicandis vitijs, nullam curam habent: ſed de lana, & lacte duntaxat ſolliciti ſunt. Quamobrem tanta ſcelerum enata eſt ſeges, vt ferream illam ætatem, huius tempeſtatis mores ſuperent. Huic ergo tanto malo occurrere ſtudeant rectores, pijsq́; precibus, aſsiduis lachrimis, ſumma totius vitę innocentia, hoc à ſummo paſtore efflagitent: vt pro cuius reipublicæ ſalute ipſe ſe deuouit, hanc tandem reſpiciat, eccleſiæq́; ſponſæ ſuę miſereatur, & ad opem ferendam acceleret. Supereſt vt de ouibus ipſis verba faciamus.

Qua rõne tot malis mederi poſsit. ephe. 5.

De ouium ad Paſtorem à uijs iniquitatis, ad uiam uirtutis conuerſione. Caput decimũ quartũ.


V'M tanta celsitudine, potestate, & vigilantia, insignē de nobis optimè meritum pastorem habeamus, ad eum cum summa fide confugiamus, nostraq; illius tutelæ committamus, qui humanum genus à densissimis vitiorum tenebris educit, qui ab improbitate ad vitam meliorem, ab impietate ad iustitiam, ab infœlici seruitute, & miserrimo peccati iugo, ad summam fœlicitatem filiorum dei, & libertatem ciuium cælestium nos reuocat: vt de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Et impiorum consilia fugiamus, qui deum ignorant, neque ex animo deo placere studēt: sed voluptatibus, cæterisq; q̄ hūano corpori iucundæ sint, rebus in-

Heb.13.
Heb.4.
Commemoratio bñficiorum Christi in nos.
Gal.4.
Ro.8.
Luc.1.
Rom.6.
In libertate seruitus.
Cor.5. 6.
Impij describūtur.

dulgent,& à recto dei cultu, honeſtaq́; viuendi ratione reliquos etiam abducere:conantur.

Bonus & beat⁹ vir deſcribit

O ter quaterq́ beati,qui eorum conſilijs non auſcultant, qui nihil flagitioſum,aut impium pro bant:& ſi quando ab honeſto & & à recta viuendi ratione aberrant,,enituntur tamen , vt eò ,vnde digreſsi ſuntpedem citò in viá veritatis, virtutis, & iuſtitiæ referant. Illud eſt quod obnixè à nobis poſtulat optimus paſtor, ad illud præclaris adhortationibus, aſsiduè nos excitat, & quotidiano SanctiSpiritus afflatu, ne in cõſilio vanitatis ſedeamus,nec cum impijs, & iniqua gerentibus introeamus: Sed omnino cœtũ malignantium pro viribus euitemus.Eorum autem inter cætera qui eò iniquitatis deuenêrunt:vt non ſolùm ipſi perfricta fronte, ſcelerum ſordibus ſeſe inuoluant:

Ps. 1. 27. 118.
Cõſortia impiorũ fugienda.

Sed etiã alios pestiferis illecebris corrumpant, & eos irrideant qui iustitiã, & pietatem colunt. 2,Petri.2. Iude 1.

Nos igitur huiusmodi pestem fugiamus & a perditissimis id genus hominibus quam maximè abhorreamus: pastorem illum sequamur illũq; audiamus qui peccatores calamitosos ad se inuitat. Resipiscamus, & conuertamur ad dñm, & miserebit̃ nostri, Relicta vetere viuẽdi rõne meliorem sequamur abnegemus nosmetipsos, ab opibus carnis cessemus, discamus bñfacere, Deũ vnicè integraq; mẽte colere, & syncero aĩo pastoris nostri vestigia sequi. Vnusquisq; ab oĩ vitiorũ labe se purũ, atq; integrũ custodiat: prauis cupiditatibus, aut rebus quæ in se turpitudinẽ habẽt nequaq̃ indulgeat. Alacri animo, in Semitis iustitiæ ambule: Quæ verò sint ꝟtutis semitę nũc audiamus. 1.Cor.5.6 Ioh.10. Mat.11. Eze.18. Esa.1. Luc.9. 1.Petri. 2. Quibus oporteat esse moribus perditos fideles. 1.Tes.4.5.

Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, propter nomen ſuum.

De ſumma Paſtoris diligentia in deducendis ouibus ſuis.

Caput decimũ quintum.


ON ſatis viſum eſt optimo paſtori dilectam ſibi ouem animã noſtram ab erroribus conuertere, niſi propter nominis ſui gloriam in ſemitas iuſtitiæ eam deduceret. Nos enim ouiculæ deſertæ, rerum imperitæ noſtra prudentiâ duci non poſſumus. Nam quemad modum nullum eſt animantium genus, quod paſtoris operâ magis indigeat, quodq́; minus ſibi ex ſeſe

Ps.78. Quàm ſit nobis neceſſaria cura paſtoris.

quàm ouium pecus proſpicere poſsit:ita neceſſe eſt hominẽ prorſus perire, niſi Chriſtus eum ſuo ſpiritu ducat,& foueat, & ad obſeruandam iuſtitiæ normam nobis ſit præſens ſubſidium, vt mala relinquamus, & faciamus quæ bona ſunt. Cumq; ouis ipſa tantæ imprudentiæ ſit animal, vt ſi à ſtabulis ſemel aberrauerit, citiùs frigore algeat,quàm ad ſtabula reuertatur, paſtorem ipſa percontetur, & inueſtiget. Itaque paſtori opus eſt eam ſumma diligentia quærere, & inuentam,neceſſe eſt vt vel eam humeris portet, vel vi compellat in ſtabulum intrare: adeò quidem ex errore ſtupet, vt paſtorem videns minùs eum ſequatur. Sic homo cùm per peccatum adductus, ſemel non à ſtabulis, non à caula, ſed à ſplendidiſsima regia cœlorum aberrauerit, per deſerta huius ſæculi vagus,nunquam in animum

Io.15.

Quæ ſit imbecillitas humanæ naturæ.

inducit, vt ad Deum pastorē suū recta via redeat, & salutē consequatur: Imò verò potiùs esse existimat in peccatis, & illecebris huius vitæ sepultum frigore, & calamitate perire, quàm ad dominum deum suū reuerti: Sensus enim & humani cordis cogitatio, ab adolescentia ad malū est procliuior. Propterea vnigenitus Dei filius, bonus pastor ouium, nostræ salutis etiam atq; etiam sollicitus, nō solū nos ab erroribus turbulētis, & densissima peccatorum caligine educit: sed etiam nos ad præceptorum suorum obseruationem, quibus omnis excellētia & decus virtutis cōtinetur, conducit. Nos igit ita comparat & regit, vt iustitiæ semitis, hoc est suis vestigijs, toto pectore insistamus: ac omnis vita nostra cum veritate, & virtute coniuncta sit. Ideoq; dùm hîc ille inter mortales, vitales au-

Gene. 8.

Ioh. 10.

Vita Christiano homine digna.

ras carperet, optimis inculpatæ vi tæ exemplis, ouibus suis præesse voluit, vt ostenderet viam illam perfectiorem charitatis, & nos semitas iustitiæ, quibus ad supremam itur fœlicitatem doceret. 1. Cor.12. 13.

Ne quid igitur hallucinemur, vel à recta viuendi ratione deflectamus asiduè normã verbi Dei ante oculos proponamus, quæ nos sua veritate rectè diriget, sanctaq; prudentia muniet, ne vnquam Syrenum lenocinio vocis, aut blandis veneficorum carminibus succumbamus. Verbum enim illud veritatis, nos ad bona opera alacres reddet, pudorẽ & horrorẽ pcti elargieẽ: ne qd iniquũ, aut cogitemus, aut agamus, ostẽdet quę recta sũt, vt ea obseruemus, & semp pio aĩo mũdoq; pectore corã deo ãbulem⁹, ne qd mali conemur, ne oculis supbis, aut auaro aĩo sim⁹, nemini ĩuidis, 2.Tim.1. Per ṽbũ Dei dirigimur & munimur Hebr.13.

verbis tanquã canes,oblatremus,
Ps.14. nemini,qui malitioſo corde ſit,
adhęreamus:ſed omnem pręuaricationem ſummis ſemper odijs
execremur.Itaq; cor noſtrũ Christus ſuo ſpiritu dilatat, vt hylari
Ps.118. & alacri animo mandata domini
Dilectio nos ad oĩa bona inducit.
perficiamus hac igitur nos dilectione ſyncera impulſi,in pręceptis inſtitutisq; domini perſeuerantes,fratrum commodis inſeruire, & nominis diuini gloriam propagare ſtudeamus.hęc eſt illa iuſtitia,quam à nobis poſtulat paſtor,& epiſcopus animarum noſtrarum: hanc à nobis efflagitat
Math.5.
magnis ſuis præmijs ornatam, & requirit vt legi iuſtitiæ(cuius plenitudo nil niſi dilectio eſt) Liberaliter morẽ geramus.Omnis autẽ lex his breuibus verbis continet̃.
Roma.13. Gala.5. Math.22.
Diliges dñm &c. & proximum tuũ ſicut teipſum. Quod quidem Xp̃s affirmat dicẽs,à dei & pro-

ximi dilectione,legẽ omnem, & prophetas pẽdêre.hæc eſt pręclara illa virtus,quę nos cæleſtis hęreditatis meminiſſe,mortalia deſpiçere,ad beatã illã,atq; immortalem vitam ſemper aſpirare, humana floccifacere cogit:vt magis animæ q̃ corporis ſalutis curam habeamus,ne vllius maligni ſpiritus operâ à veris ſemitis iuſtitiæ, in qbus nos rectâ deducere optimus paſtor exoptat diuertamur. Ad has verò ſemitas nos perducit,propter nomen ſuũ,id eſt gratis & liberaliter efficit,& ad benè beateq́; viuendũ nos impellit, nullis quidẽ noſtris meritis prouocatus,Sed immenſa & incredibili ſua miſericordia, & bonitate ductus.Itaq; quicquid mali, aut parùm honeſti à nobis cõmiſſũ fuerit,id omne intẽperantiæ infirmitati,& ignorãtiæ noſtræ adſcribendũ eſt:Si quid aũt rectè à no-

In duobus mãdatis oĩa cõſiſtũt.

Quæ ſit vis & poteſtas dilectionis.

Dei gratia in ſuo noĩe cõmendaẽ. Titum. 3.

Oſeę.13.

bis cogitatum, Si quid honeſtè actum, aut officiosè præſtitum, id totum miſericordiæ Dei referamus acceptum: qui diuinam mentem nobis donauit: vt recta conaremur, & vires, vt conata perficeremus. Maximè igitur hãc particulam (propter nomen tuũ) perpendere decet.

De Dei nomine, & bona in Dei nomen fiducia.

Caput decimũ ſextũ.



Requentiùs in Pſalmis, Prophetis, cęterisq; diuinæ ſcripturę locis dei nominis fit mentio. Inquit enim Dauid, ſpũs tuus bonus
Ps.142. deducęt me in terrã rectam, propter nomen tuum: & ipſe rurſus,
Ps.24. tu propitiaberis pctõ meo, ꝑpter

nomen tuum.& alio loco, ſperēt in te,qui nouêrunt nomen tuum quoniã nõ derelinquis quærentes te.Hoc dei nomẽ idem propheta dicit eſſe laudabile à ſolis ortu,vſq; ad occaſum,& admirabile in vniuerſa terra:Item benedictũ in ſecula,æternũ,tremendũ, inuocandum,excelſum.Hoc nomen dñi ſic omnes prophetæ efferunt,laudãt,& ſupra oẽs cœlos extollũt:vt omnẽ ſalutẽ,mẽtis ſecuritatem,gloriam & fœlicitatẽ, in eo reponãt,& affirment, quod quicunq; inuocauerit nomẽ dñi, ſaluus erit.Ad hoc nomẽ mentis aciẽ dirigamus, vt certa ſit fides, &è pectoribus omnis eximatur infidelitatis ſcrupulus,vt tota aĩa, omnibusq; viribus nomen ſanctũ Dei amemus,timeamus,& obſeruemus. Hac ratione firmam in terroribus cõſolationẽ habebim⁹ Sacroſãcta; ſit nobis dei nominis.

Ps.9.10.

Ps.113.8. 17.72.135.

Roma.10

Ioh.2.

Acto.2.

Ad Dei nomẽ cõfugiendũ

1.Cor.10.

Colo.3.

Oĩs laus et gloria diuio nomini aſcribenda. celſitudo, omnes honores & dignitates illi poſtferamus, & liberè cu propheta dicamus, Nõ nobis domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Hoc nomen
Ps.115. ſumma religione, & pio cultu ꝓſequamur, illud ſanctè in imo pectore repoſitũ habeamus: oĩa beneficia Dei nomini, Chriſtiq; gra
Ephe.1. Act.10. tiæ accepta feramus, qui liberaliter nullorũ habito reſpectu dignitatis nobis ſuccurrit: Confiteamur ex animo bonitatẽ, & miſericordiam Clementiſsimi noſtri paſtoris, quæ viuit in æternũ, neq;
Mar.16. etiam ſi nos ipſi præcipites ruamus, dilabitur vnquã: Chriſti nominis maximè ſimus memores, eius meritis potiſsimũ cõfidamꝰ: & certum, exploratũq; nobis ha
Ioh.16. In noĩe Chriſti orãdum. beamus, nihil illum, quod eius nomine rogauerimus, nobis denegaturum. Pollicitus eſt enim, nos, quicquid eius noĩe petierimus,

exoraturos.Ille vnus est nobis apud Deum mediator,aduocatus, 1. Tim. 2. patronus,in quo oēs promissiones,& implent,& cōfirmant: & 1.Ioh.2. sunt(vt sanctus Paulus ait) etiam & amē.Illius noīs celsitudinē,& 2. Cor. 2. admirabilē splendorē,assiduis pre Acto.4. cibus imploremus. Neque quid fortunæ,vel humanis viribus, aut auxilijs nostris, ascribamus: Sed mentē & animū semper recōditum habeamus in virtute eius i- q; oīa accepta feramus. Val alij, qui confidunt suis viribus. Ephe.1. nos verò potiùs oēs animi cogitationes ad dei misericordiam tollamus:Qui cùm sit clemēs ac humani generis amator,nos benignè suscipiet,pctīs nostris ignoscet neq; nos spe,quam in eius clemētia positam habemus, vniq̃ fraudabit. Hiere.17. Oīs fiducia ī Christo reponenda. Neq; tamen aliquid mortuum,ociosum,aut vanum,fidem hanc arbitremur:sed multi labo- Fides christiano[illegible] qualis.

ris,& bonorum operum fæcundam nutricem,quæ excitatis ſancti ſpiritus numine viribus noſtris peragit ac in nobis mandata dei pficit,& velut olea aut quęuis arbor bona fructus affert ſuauiſsimos:neq; vnquã p charitatẽ operari,& ſe in lege domini exercere,deſinit. Non eſt igitur ferenda illorum ſententia, qui fidẽ inanem iactant,eam ſolam docẽt & prædicant ad ſalutem ſufficere: Qui tamen pro Chriſtianis haberi volunt ſinè charitate,iuſtitia,& alijs virtutis operibus : Cùm ſint re vera infideles,impuri,& ſcelerati nebulones,alieni à deo, alieni à Chriſto, à domo dei,ideſt ab Eccleſia & ſancta republica , in qua ſummo ſtudio , & nixu dei mandata cuſtodiuntur:in qua cõmuni vtilitati ſummè conſulitur, omniq; cogitatione,operâ & diligentia , Dei voluntas perfici-

Ps.1. Ps.51. Mat.7. Gala.5.

Fides ſola non ſaluat.

2.Pet.2. Iud.1.

tur. Reijciamus ergò ſtultam illam opinionem, neque nudæ & hyſtoricæ fidei, quam etiam dæmones habent, adhæreamus: Sed eam quæ arctiſsimo vinculo charitati iuncta eſt, & ab ea nunquã ſeparatur, ſed per eam ſtudiosè operatur, amplectamur. Et ex animo gratiæ, tutelæ, & auxilio boni paſtoris nos committamus: qui nunquam pios (vt ſequens verſiculus aperit manifeſtè) ſua deſtituit ſpe, nunquam eos violari patitur, qui ad eum ſuppliciter cõfugiunt, & in eius præſidio ſpem collocant. Sed antequann ad verſiculum, illum progrediamur, operepręcium facturus videor, ſi quo modo vigilantiſsimus paſtor Ieſus Chriſtus à rectoribus eccleſiarum ſit imitãdus antę dixerim.

Iaco.2

Gal.5.

ſolida fide nos Chriſto cõmittamus.

Ps.16.25.

Pastorum, & rectorũ munus est, in semitas iustitiæ oues Christi deducere.

Caput decimum septimũ.



Dmoneant fideles sollicitè, qui ecclesiæ dei præsunt, vt gradiantũ in semitis iustitiæ : quæ vrticis, carduis, aut spinis voluptatum, auaritiæ, & sollicitudinum huius vitæ mortalis, carent: sed omnia quadam tranquillitate, consolatione, gaudio, pace, & virtute abundant. In istis semitis ambulauerũt patres nostri, quorũ vestigia sequi, & imitari debẽt, qui patrum & pastorum nomen gerunt, & profitentur: vt suo exẽplo ad normam iustitię viamq; ve-

Mat.13. Semitę iustitię planè mũdę.

Baru.4.

ritatis perducant fideles, qui Christo nomen dederunt. Id verò commodiùs assequi nō possunt, quàm si Christi vitam, & innocentiam ante ouium oculos proponant, & doceant Christi sanctißimam vitam, qui tam alienus fuit à vitiorum sordibus, & ab omni scelerū fæditate immunis, vt nullius vnquā argui potuerit. Ideoq; lux vera depellens tenebras, imago diuinæ bonitatis, speculum sine macula, splēdor paternæ gloriæ, agnus immaculatus tollens peccata, solus inuētus absque scelere, ille vocatur & est. Talis (vt inquit apostolus) pontifex nos decebat, qui esset sanctus impollutus, segregatus à peccatoribus, excelsior & purior cœlis factus. huius pulcherrimam, maximeq; amabilem & incontaminatam vitam, ab omnibus contemplandam, & sequendam proponant. Et optimum vitæ ducem il-

Christus omnis virtutis exēplum.
christi puritas describitur.
Ioan. 8.
Hebre. 1.
Sapi. 7.
Iob. 1.
Hebre. 7.
Christus dux imitādus.

lum oſtendant qui nullis vanæ gloriæ,laudisvel vindictæ cupiditatibus,aut prauę cogitationis impetu commouebatur. Hic eſt enim ſolus, qui honeſtam viuendi rationem ſequutus,verèlegem impleuit, & curſum confecit præceptorum.Hic eſt, inquam, qui Deo rerum omnium parenti fuit obſequentiſsimus,Cui per omnia placere, & ad mortem vſque crucis ſtupendam ſtuduit obedire: Quiq; fuit in proximum comis, benignus,ſuauis,& iucundus, qui ſua denique humanitate omnium hominum animos cōciliabat, ijs qui ad ſe confugiebāt mitis erat, clemens verò ijs quos ſcelerum pœnitebat:& in vitiorum obiurgatione ſeuerus, & grauis : in cuſtodia autem ſuarum ouium vigilantiſsimus. Cuius exemplo eccleſijs præfecti paſtores ouium ad amorem iuſtitiæ oues ſuas al-

Mat.5.
Iohā.5.17.
Phi.2.
Qualis fuerit xp̄s in deum, & in proximum.
Mat.9.
Lucæ.15.

liciant, neque ſinant eas ab illius via aberrare. Id verò multis rationibus, & perſuadere poterunt & præſtare. Primùm enim cùm Deus noſter ſanctus ſit, & nos ſibi coniungere velit, nos quoque ſanctificari oportet : & iuxta illius doctrinam viuere, quoniam non eſt Deus cui placeat impietas, neque viri iniqui, & peccati participes, habitabunt cum eo, vel ad eius communionem venient. Deinde ſui officij omnes admoneant qui ad inhabitandam ſanctam ciuitatem Hieruſalem præſcripti ſunt, ad quam nihil immundum aut coinquinatum introibit : Sed hi ſoli qui incedunt ſine macula, qui per fidem à vitijs repurgati, iuſtitiæ ſtudent, & ſine hypochriſi veritatem ex animo affirmãt:neque cuiquã detrahũt,nec moleſti aut iniurij ſunt

Qua rõne ad pietatem & ſanctitatem inducamur. Leui. 19. 2. Petri. 1.

Ps. 5. 14. 23

Summã puritatem requirit à nobis dominus. Sapi. 7. Apo. 21. Ps. 14.

sed quibusuis studiosè ad ædificationem obseruiunt, & iuxta sancti Pauli prescriptum sciunt vas suum possidere in sanctificatione, & honore: non in cupiditatis passione, quemadmodum gentiles qui deũ ignorant. Admoneãt preterea christianas oues, ne sua ipsius iustitia se salutem consequi posse arbitrẽtur: Sed immẽsa Dei misericordia. Nomen igitur illud bonitatis, clementiæ gratiæq; diuinæ frequenter inculcent auribus: vt omni velo deposito, animum tanquam arcum intendant in Christum, inclitum peccati victorem: qui à deo factus est nobis iustitia, sapientia, sanctificatio, & redemptio nostra: neque aliud est nomen datum sub cœlo hominibus in quo nos oporteat saluos fieri Illius igitur nomẽ assiduè prædicandum est, qui nos ex mortis horrendæ vinculis, & gehennæ faucibus eripiat: & à periculis

1.Tes.4.

Quid dei nomine significetur.

1.Cor.1.

Act.4.

culis damnationis æternæ(ad quę nos Sathanas rectâ ducit) liberet,vt in regnum lucis, & hæreditatis sempiternæ nos transferat. Hoc ergo agãt pastores vt illi totosnos dedam⁹,per quẽ cum deo redimus in gratiam, quíq; præcipuum præpositum est nobis exẽplar,Cuius morũ & virtutis normam in hac vita sequamur: hac enim conditione in filios dei adoptamur,vt Christum nostræ adoptionis authorem, vita nostra repræsentet: Sed hæc sequenti capite paulò fusiùs differemus.

Colo.1. quid christus prosit.
Roma.5.
Ioh.13.
1.Pet.2.
Roma.8.

Ouium est relicta iniquitatis uia,iustitiæ semitas sequi,& uitam ouibus dignam agere.

Caput decimũ octauũ.


V N C Supereſt,vt oues ab om̃i errore reuocatę,in ſemitis iuſtitię obãbulent,atq; ingreſſæ rectam viã,quę ducit ad vitam,ſe à paſtore regi patiãtur :ſeq́; illi velut oues cú omni bonitate,obſeruãtia,ſobrietate, frugalitate,& modeſtia exhibeant,& cõmittãt.Eſt enim officiũ veri Chriſtiani,mores patris ęterni referre, & exprimere,qui nos oĩbus officijs cumulauit.Extremę Verò ingratitudinis arguerêmur,niſi etiã morũ ꝓbitate nos illi filios exhiberemus. Cùm Chriſtus ſic nos ſui ſanguinis lauacro purificauerit,eãq́; purgationẽ ꝑ baptiſmum nobis cõmunicauerit,et nos ſuis bonis ornatos adeò ditauerit : vt eum induiſſe dicamur:nos quidẽ illi in oĩbus eſſe ſimiles oportet : Neq; verò decet,vt nouis ſordibꝰ inquinemur: quandoquidem nos

Ouiũ eſt ſequi paſtorem.

Math.5.

Ephe.5.

Roma.6.

Gal.3.

1.Cor.12.

ille corpori ſuo inſerüit, Sed oĩbus viribus nobis cauendũ (qui eius membra ſumus) ne vlla peccati labe inficiamur. Cumq́; ipſe, qui caput noſtrũ eſt, ad dexterã patris ſedeat, ad illũ noctes dieſq́; aſpirare debemus: vt omni neglecta cogitatione humana, & cõtẽptis rebus terrenis, quæ ſolius dei ſunt quęramus. Par eſt enim illûc tẽdere ſtudia, curaſq́; mẽbrorum, vbi iam verſat̃ caput: Vbi & ipſa olim cũ ſuo capite regnatura ſũt. Pręterea Cùm ſpirit9 ſanctus nos deo tẽpla dedicauerit, vt in nobis deus oĩpotens permaneret, patiemur illa pc̃tĩ ſpurcitia profanari? Danda igitur eſt opera vt hoc templum in omni ſanctitate, & religione diligenter cuſtodiamus. Deinde verò cogitem9 aĩam, & corpus noſtrũ cœleſti incorruptioni, & immortali coronę deſtinata eſſe: & viribus oĩbus enita-

Chriſtiani vt germana xp̃i membra piè viuãt

Mar.16.

Acto. 7.

Coloſ.3.

Membra capiti cõ ſentiant.

1.Cor.3.6

Tẽplum deo cõſecratũ ſumus.

1.Cor. 15.

Finis ſpectãd9 ad quẽ p̃ordinati ſumus.

mur, vt in diem domini pura &
1.Cor.1. incorrupta conſeruentur. Nemo
Mat.20. ergo de primatu contendat, ſed
Luc æ.22. potiùs miniſtrare, & per ſpiritus
charitatem fratrum cõmodis in
ſeruire elaboret. Nemo percuſſus
etiam, more canis, aut anguis feriat: nemo à malo vincatur, aut
Rom. 12. vltionẽ quærat: imò potiùs in bo
Mat. 10. nis operibus vincat malum. Ouiũ
Ouiũ modeſtia & natura ſequenda.. modeſtiam, & bonitatem imitemur: Quemadmodum enim ouis animal eſt magno vſui hominibus, variaq; affert commoda, ſiquidem lana veſtit, lacte & carnibus paſcit, fimo ſtercorat agros, multaq; alia ad vitam hominum præbet. Ita illud inter cætera pręcipuũ ſit Chriſtianorum, ſibi inuicem in rebus omnibus ſuccur-
1. Cor. 12. rere, communemq; ſocietatẽ in-
Ephe. 4. ter ſe ſanctã, & illibatã ſeruare: ta-
Qualis eſt conſenſus lẽ mutuò cõſenſum, & harmoniã qualem in humano corpore repe-

rimus habere: se verè mẽbra esse Iesuchristi fideles ostendãt, & studeant benefactis vnius dei gratiã promereri, & in semitis iustitiæ per totius vitæ stadiũ ambulare: id est omnẽ in deum pietatẽ, in parentes, in patriã obseruãtiã: omnẽ mansuetudinẽ, modestiam, constãtiam, patiẽtiam, clemẽtiam, castitatẽ, parcimoniam, sedulitatẽ, diligentiam, & reliquas deniq; virtutes complectantur. Christiani ab istis iustitiæ semitis nequaquã se abduci patiãtur: sed sese veras oues prębeant, & linguę frenũ adhibeant, ne quid superbè iactitẽt, ne cuiquã detrahant, ne vlli sermone modesti, aut iniurij sint: ne prauis hominibus adulentur: sed quibusuis studiosè obseruiant, ad ædificationẽ, exhortationẽ, & cõsolationẽ: sic tandẽ vitã instituãt, vt nihil sit illis cũ impijs cõmũe, Neq; ad cõsilia illorũ accedant,

mẽbrorũ inter se talis sit cõcordia christianorum.

Semitę iustitię omnẽ virtutẽ dicunt & continẽt.

Lingua custodiẽda.

Ps. 14. 1. 33

1. Cor. 14.

Ps. 1.

quantũuis generis ſplēdore, opibus,& gratia floreant: improbos pro nihilo ducāt: colētes autē & timētes dn̄m licèt humiles,et obſcuri ſint amplectātur, & ſumma obſeruātia colāt: Et eorū veſtigia ſequi ſtudeāt qui hominū delicijs & voluptatibus ſeſe nō polluūt, qui alacrìter omnibns virtutū officijs fungũrur, qui vitia & animi libidinē nō attingūt,qui dei mandata negligētia ducti nō omittūt. Iſtę ſunt verę fidei viuę,et ꝑ charitatē verè operātis ſigna penitus manifeſta iuſtitię. Iſtę ſunt ſemitę perfectę,prę mijs immortalibus dignę.Sed hoc inter cætera ꝑcipuū habeāt oues Chriſtianę,vt fratribus maximè ꝓſint:nam,vt vniuerſa ad noſtrū vſum creata ſunt, ita homines hoīm cauſa genitos eſſe nos credere cōſentaneum eſt:vt alij alijs mutuis officijs proſint. Idcirco ſapiētiſsimi viri officium,

Qui ſint imitandi.

Officia boni viri.

Gala.5.

Roma.12 13.

Gene.1.

hoīs in duplici re verſari dixerūt, in pietate ſcilicet & iuſtitia,id eſt in dei cultu,et hoīm beneuolētia. Quãobrē equis velisq; danda eſt opa,vt quā maximè hoīb9,potiſsi mùm verò domeſticis fidei, fratri bus noſtris cõſulam9.Nihil eſt em̄ magis ſcd̄m naturā, quā ꝓ hoīm ſalute,& cõſeruatiōe, labores varios,& ęrūnas ꝑferre:& ad cõmu nē oīm vtilitatē,auxilia noſtra dirigere. Nō aūt ſatis eſse putemus nos immerſos eſse ſacris vndis,& baptiſmi fonte renatos, ſanctiſsimūq; xp̄i nomē ꝓfeſſos,et ijſdē ſacramētis vti,qb9 & ꝓbi xp̄iani,et qui ſunt integrę verēq; fidei vtūtur.Nā & legitiē aduers9 ꝑditiſsimos noſtrę ſalutis hoſtes certādū eſt, & fratres etiā noſtri ī ipſo certamine ꝓ virib9 iuuādi.In hoc verò p̄cipuè euigilādū eſt, vt ſimiles ſim9 oleis fructiferis, & arborib9 plātatis iuxta riuos aquarū ſpiritualiū,fructūq; afferam9 ad gloriā

Quis ſapiēs dicatur.

Gala.6. 1.Timo.5.

Naturæ hominis quid maximè cōueniat.

Vita profeſsioni reſpódeat

Ephe.6.

Oleæ & arborib9 frugiferis cóparant̄ fideles.

Ps.1.

Dei,ad ædificationem proximi, & nostram salutem. Nũquàm alteri vel verbis vel re noceamus: sapientis enim est, dum tempus & occasio datur, ꝓdesse, cũq; possit, tamẽ nolle nocere, Ne quidẽ quẽquam ab altero lędi, probris, conuitijs ve iactari patiamur. Neq; verò bonorũ operũ fructus afferre cũctemur: oẽm enim palmitem qui nõ fert fructum abijciet dñs, et in ignẽ proijciet: eũ verò q̃ fert fructum purgabit, quò fructꝰ vberiores afferat. Nõ ergo putres, aut steriles arbores referamꝰ, quę incẽdio inextinguibili destinatę sunt. oĩs enim arbor infructuosa, ait dñs, excidet̃, & in ignem mittetur. Cùm talẽ igitur ducẽ, & pastorẽ habeamus, qui vitę est inculpatę, mores nostros ex illius moribus spectemus, & efformemus, nosq; illi similes effici studeamus: vt qualis ille fuit tales & nos

Gal.6. Ab omni iniustitia abstineamus.

Ioh.15.

Impiorũ interitus describit. Math.3.7 Luc.3.6.

Christi exẽplum sequamur & hoc sẽtiamꝰ in nobis quod illo.

ſimus: Atq; nos illius tutelæ & auxilio cõmittamus, qui eſt vitalis virtus, & omnibus in periculis opitulator, manumq́; auxiliatricem nunquã ſubſtrahit ab his, qui properantes in illius clientelã veniũt. Sed eos ita cõfirmat, vt nullo rerum aduerſarũ ictu cõcutiantur. Hic eſt verè ſeruator ille mẽbrorum ſuorũ, qui nos aduerſus ſatellites tenebrarũ tuet̃, vt audaci animo cũ ꝓpheta Dauide vnuſquiſq; noſtrum dicere poſsít.

Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniã tu mecum es.

De ſingulari boni paſtoris Ieſu Chriſti, in cuſtodiendis ouibus, etiã in mortis anguſtia, auxilio: Et de ſyncera omnibus in

periculis ouium fiducia.

Caput decimũ nonum.



Stendit hoc versu propheta, verã & syncerã spem ouium, in sui pastoris tutela repositam esse. Vident enim (diuini numinis instinctu) vna ex parte viriũ suarũ in perferẽdis rebus aduersis animi imbecillitatem: ex altera cernunt optimi pastoris robur, vim, atq; potentiã: quẽ oĩbus hostibus, & humanis casibus superiorẽ cẽsent. Nihil enim est adeò sublimè, quod non sit Christo inferius, & suppositum. Ideoq; regius propheta fiduciam omnem in illius auxilio, et tutela collocat. Neq; verò vlla periculorũ vi mouet, neq; vlla mortis Imagine terretur: Sed quasi Leo sine vllo terrore exurgit: nõ suis proprijs vi-

Nostra infirmitas, & dei virtus consideranda.

Ephe.1.
1.Cor.16.

ribus cõfisus, Sed certissimũ habens quod à dextris astat sibi fortissim⁹ ille propugnator, qui vitã, mortẽ, iudicia, pericula, casus varios, cætera deniq; omnia in sua ditione, ac potestate habet reposita: qui causam ouiũ suarum, vt fidelis patron⁹ agit, qui illis, velut tutissimum propugnaculũ, adest in quibuscunq; rebus minùs secũdis, vt liberet à tonitruis, à fulminibus, ab iræ dei fulgure, à terroribus conscientiæ, & deffendat ab iniurijs, & huius seculi incõmodis: ab impijs & molestis hominibus vindicet, & sub vmbra alarum suarum protegat. Vt securas reddat à regno Sathanę, à Leonum faucibus, à peste, gladio, & fame eripiat, à morte horrenda potẽtissimè liberet, Ita vt optima spe muniti, Intrepido animo dicere possimus. Nam & si ambulauero in medio vmbrę mortis,

Ps 15. Acto. 2.

Christo oĩa subiecta.

1. Ioh. 2.

Christus à malis vniuersis liberat.

Ps. 16. 56. 90.

Christus fidẽtes sibi nunq̃ relinquit.

non timebo mala,quoniã tu mecum es.Hęc illa ſunt verba plena fiduciæ,quib9 oẽs qui in Deo & in charitate manẽt,& de9 cũ illis: fidelem animũ cõfirmãt. Talium non ſinit deus nutare conſtãtiã: Sed tantùm illis & animi & fortitudinis præbet,vt oĩa pericula,oẽsq; anguſtias facilè ſuperent: Quid enim mors officiat vita præſente? Quid hoĩm improbitas,Deo repugnante?Si ſit certè ambulandũ per opaca nemorum,deſertaq; loca,inter lupos & feras immanes, in ipſa etiam obſcura caligine,inter leones,vrſos,tigres, & apros, atq; in eis locis quę nihil niſi mortis vmbram & imaginem oſtendunt,adhùc benè ſperandum eſt nobis in eo,qui eſt lux vera,& vita,quiq; venit vt eos illuminaret, qui in tenebris ſedent,& in vmbra mortis: vt dirigantur greſſus eorum in viam pacis æternæ:

Ioh.4.

Qui deũ habet ſuperat mortẽ & hoſtes.

Ioh.1.8. 14. Luc.1.

Quemadmodum Zacharias pater præcurſoris Domini diui Iohãnis, in ſuo cantico teſtatur, Quod ab Eſaia propheta accepiſſe videtur, Cùm inquit, populus ambulans in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux refulſit ſuper eos. Atq; vtinam miſericordiæ parens, eam nobis gratiam largiatur, vt hanc ſuam erga nos prouidẽtiam, benignitatem, opem, & potentiam ſentiamus, & per ſpiritũ ſuum, hanc fidei præſtantiam cõſequamur, vt ſi per mediam mortem nobis tranſeundum ſit, non pertimeſcamus: quoniam is nobis adeſt qui noſtri curam gerit, qui tam firmo præſidio nos munit, tamque ſalutare & præſens auxilium ſolet afferre, vt nobis hoſtium innumerabilibus copijs circumceptis non ſit metuẽdum: penes enim hũc eſt auxilium no-

Eſa. 9.

1. Petri. 5.

Ps. 3.

ſtrum,penes hunc ſalus omnis,&
Ps. 17.28. virtus noſtra vitalis. Quem igitur
45. timebimus? hic firmamentum eſt
& robur vitæ noſtræ. Quis ergo
nos perterefaciat?Si exurgãt om-
nes totius orbis in nos vndiq; co
Deo prę-
ſente ſe-
curi ſum⁹
piæ collectæ,propulſandi curã o-
mnem,& ſollicitudinem victorię
in eum reijciam⁹,qui in omni di-
ſcrimine ſub vmbone clypei ſui
nos circundat,ſuaq́; gratia prote-
git,vt quieta & tranquilla mente
in eo,velut ĩ arce inexpugnabili,
De⁹ pro-
pugnacu
lũ noſtrũ.
Eſa.12.
in petra,& rupe fortiſsima,tutoq́;
perfugio conſiſtamus.Hic eſt for
titudo plebis ſuæ, & membrorũ
ſuorum conſeruator, qui aſsiduè
pro ſalute gregis ſui,& dignitate,
forti animo pugnat, ne eum tene
brarum miniſtri opprimant: qui
denique nos tanta animi fortitu-
dine & robore munit, vt in extre
mis vitæ periculis fido animo for
tiq́; pectore ambulem⁹, neq; ſuc-

cumbamus in angustijs & rebus aduersis. Id proculdubiò in filijs Israël apertissimè conspeximus, qui cùm miserè ab ægyptijs sub crudelissimo tyranno Pharaone cruciarētur, promptum, atq; expeditum auxiliatorem, frequētissimè experti sunt: & pastoris opē agnouerunt. Non enim pertulit dominus virgam peccatorum, super sortem iustorū perpetuò sęuire: nec charissimam sibi plebē improborum viribus diutiùs premi passus est: sed eam ab infœlicissima conditione, & miserrima seruitute eripuit, & à manu omniū qui eos oderunt, pro sua benignitate liberauit. Illis vel tacentibus pro sua eximia virtute causam illorum egit, & pro eis acerrimè pugnauit, magnificataq; dextera sua, multis plagis percussit inimicū in illa vasta videlicet & terribili solitudine deserti sese ducem in mīa

Exo.3.10, 14.
Ps.124. nullus tyrānus diu iustis imperat.
Liberatio ex captiuitate ægipti.
Exo.14.

Dominus dux et paſtor Iſraēlis. præbuit, & paſtorē populo quē redemit, & à ferociſsimis, & potentiſsimis hoſtibus illos eduxit, eripuit, & liberauit. Huius autem

Nume.21. auxilij diuini fiducia munitus Da-

Ioſu.12. uid, interemit vrſum & leonem, & inuicto pectore prouocauit

1.Reg.17. Goliad ad ſingulare certamen, & Gigātem immanem ſuo robore exultantem, nimiumq; ſuis viribus confidentem tandem interemit. Qui manus etiam furentis Saulis domino opem ſubminiſtrāte ſępius euaſit, pulchramq; de ho-

1.Reg.19. 21.22. ſtibus (ſicut illi dominus pollicitus fuerat) victoriam retulit. Eam promiſsionem domini, his verbis idem regius propheta vocē ſuam magnificè extollens comprehendit. Inueni (inquit) Dauid ſeruū

Ps. 88. meū, oleo ſancto meo vnxi eum, manus mea firma erit cum eo, & brachium meum corroborabit

1.Reg.16. eum. Non opprimet inimicus eū,

&

& filius iniquitatis nõ affliget eũ, & concidã à facie illîus inimicos eius,& qui oderunt eum in fugã conuertã. Hoc exẽplo oẽs pij per has tenebras gradientes,& difficiles huius vitę vias obambulantes,deum prẹſentem omnibus in anguſtijs,omnibúsue periculis ſe ſemper habituros confidebant. Vnius autem Danielis,& eius ſodalium ſacra hyſtoria ſatis eſſe debet. Qui cùm in fornacẽ flãmis ardentib9 furentẽ dati eſſent præcipites,in medioq́; vmbræ mortis,inter ignes & flãmas,cum magno vitæ diſcrimine verſarentur. Diuina potentia freti inuicto aĩo ſtetêrunt,præſentemq́; ſaluatoris domini opem ſensêrunt. Angel9 enim domini cũ illis in ardentem fornacẽ deſcenderat, diſcuſsisq́; velocibus flãmis,quaſi ventũ roris flantem excitauit,& perfecit, vt illęſi nulloque dolore affecti

Deus fidentes ſibi nunq̃ derelinqt Ps.21.

Daniel.3. Chriſtiad uẽtus hîc figuratur

discederent. Quapropter summa cũ lætitia, & ingẽti animi volupta te, in laudis cãticum proruperũt, & gloriam diuini numinis celebrarunt, suo liberatori gratias agẽ tes, qui se specie humana videndum hostibus præbuerat. Horum itaq; & sanctorum oĩum exẽplo, oculos, & puras manus, in cœlum tollamus, in omni tribulatiõe clamemus ad dominum, hunc inuocemus, qui ab animis nostris, oẽm gladij pestis, famis, calamitatis, & periculorum timorem discutiet: Qui se nostrarũ rerũ defensorẽ, & patronũ præbebit. Nos verò tam firmo muniet præsidio, vt erecto constantiq; animo oẽs hostiũ copias contẽnamus. Hoc duce etiã innumeris hostiũ copijs obsessi, securo animo semper erimus. Neq; vnquã de gradu cõstãtiæ deijciemur. Inuocem⁹ ex fide, ex animo, & vera religione dominum,

2. Par. 20.
1. Timo. 2

Ps. 21. 119
Cũ multa fiducia afflict⁹ anim⁹ leuet oculos ad deum.

Quomodo inuocãd⁹ de⁹.

qui præsto oĩbus vocantibus eũ, cum veritate aderit. Idq; ꝑ Iesum Christum, sub cuius tutela & regno, pij & fideles oẽs, omnium seculorũ militant. Per hunc nos pater cœlestis sibi in filios adoptauit. Hic est bonus ille pastor, qui dum sub mortali corpore vitam ageret, nullam vnq̃ pro gregis sui salute, gloria, & fœlicitate dimicationẽ, nullum periculum, nullum vitæ discrimen subire dubitabit. Verùm omnibus vbiq; opem, & auxiliũ afferre voluit, sponte aĩam ꝓ ouib9 neci obtulit, tumultuosis seditiosorũ cõcionib9, & cõiuratorũ insidijs sese obiecit, corpus suũ irę diuinę opposuit, vt, q̃ ĩ nos torquebat̃ iacula, depelleret, vt iratũ nobis patrẽ recõciliaret, vt ĩtegras oues seruaret, & ex loco horroris, caliginis, & desperatiõis, in quẽ nos sathanas rapiebat, educeret, ac liberaret. Ille et si corpis sui

Ps.144.

Roma.8
Gal.4.
Ephe.1.
Christus suã in gregẽ benignitatem multis modis testat9 est
Esa.53.
Heb.9.

Roma.5.
Colos.2.

cui ſuppoſitus eſt,tãto robore,& fortitudine munit, vt nullis hoſtiũ viribus euerti poſsit,aut labe factari, ad inſtar illius domus, q̃ vir prudens ædificauit non ſuper arenam,ſed ſuper ſolidum fundamentum,quam neq; ventorũ impetus, imbriũ vis,aut fluuiorũ,inundatio vlluſúe terrę motus,conuellere poteſt:quoniã eius fundamẽta in lapide firmiſsimo cõſtructa ſunt.Sic & hęc ciuitas dei,ſuper fundamentũ Apoſtolorũ,& prophetarũ collocata,ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu eam ſuſtentãte,nullatenùs euertetur:Ruãt in eã licèt omni impetu hęreticorũ agmina,orbis vniuerſus bellorũ tumultu moueat͂,horrificis motibꝰ terra fremat,Pręcipitent͂ mõtes in mediũ mare,polorum machina cœliq; ambitus ruat:durabit illa tamẽ,& immota manebit ciuitas,nõ ſuper arenã,

Eccleſiæ robur & firmitas.

Math.7.

Eccleſia in periculis tutiſſima.

Ps.45.

Impij nũq̃ prȩualuerũt in ecclesiã. Acto.4.6 7.12.

vel palustre solum cõstructa, sed sup petram sita solidissimã: hanc Iudæi multis technis expugnare quondã tentauêrunt, hanc reges, principes, maximè verò Romani Imperatores, à Nerone ad Constantium vsq;, funditùs euertere conati sunt. Hãc perditissimi nostræ fidei hostes, nostrȩq; religionis apostatæ obsederunt, & oppugnaturi tanta vi aggressi sunt, & in dies aggrediuntur, & oppugnare tam acerbè misereq; nituntur: vt ventis agitato mari, & tumidis mõtes cõcutiẽtibus vndis, cõparari queãt Sed nihil istȩ minæ, nihil impetus ingruentiũ malorum, ciuitati, & ecclesiæ piorũ (in qua veri Dei cultus floret) obsunt. Durat enim illa per dãna, per cedes, & ignes, & vsq; in cõsummationẽ seculi durabit. Nam cœlestis voluntas, & spiritus sancti gratia, illã incolumẽ aduersus

Iude.1.

Math.16. 28.

omnes qui tumultuant̃,quiq; impetũ in eã faciũt tuetur. Domin⁹ exercituũ,fidelissimus ac fortissimus sponsus,Charissimam Christianorũ catholicã ecclesiam cõiugem suam,nunq̃ deserit: sed in oĩbus angustijs illã cõsolatur, ac perenni lætitia exhilarat. Si ergo nos premant hostes, Si molestijs & angustijs afficiant,Si capiti nostro iam immineat ensis, Si nos inimicorum castra obsideãt, qui nos ad necem postulẽt: hunc pastorem inuocemus, qui vicit mũdum,peccatum,infernum,& qui in hoc apparuit;vt dissoluat opera diaboli, quo adiutore, protectore,& patrono,etiam si ambulandum sit in medio vmbræ mortis,non timebimus, quoniam comitem habemus fidelissimum, & fortissimum dñm, qui nobiscũ esse, viuere & permanere non recusat.

Iohan.3. Ephe.5. Christi ecclesia vnica sponsa vnicè amatur.

Iohan. 5. 1.Iohan.3 Christi victoria.

Proue. 8.

Qua diligẽtia, & studio, Pastores oues suas tueri debeant.

Caput vigesimum.

HVC Confugiant, hûc properẽt, & accedant rectores, ecclesiarum, & addiscant summi optimiq; pastoris Iesu Christi exemplo ouibus suis in periculis
Ioh. 10. adesse. Cùm viderint lupũ venire, lupinamq; cohortem nõ fugiant, nec ouiculas à feris diripi patian-
Gene. 31. tur: Sed ad instar patriarchæ Ia-
1. Reg. 17. cob, & regis Dauidis ab immani bus feris captas eripiant & gregem illæsum à ferarum faucibus omni diligentia euellant, & custodiant, atque omni studio pastorali oues suæ tutelæ creditas foueant, ac tueantur. Si quando

Pastores omni diligentia g regi cõsulant.

christi hostes,negotium facesse-
re gregi dominico tẽtauerint, pe
stiferisq; doctrinis fideles infice-
re,aut nefarijs vitæ & morũ exẽ-
plis corrumpere ausi fuerint,tunc
gladio illo spiritus penetrabiliore Ephe.6.
omni ense ancipiti perditissimos Heb.4.
illos nostræ salutis hostes confo-
diant,iugulent, ac tandem obmu
tescere cogant.Hic gladius spiri-
tualis verbum est domini,quo ve
ritatis perduntur aduersarij,et pra
uæ ab animis cupiditates amputã
tur:qui et intima cordis penetrat,
adeò vt ad diuisionem vsq; ani-
mæ & spiritus pertingat,ac disse- Heb.4.
cet compages omnes,& medulas
mentis.Hoc sanè gladio pastores,
& euangelij præcones quàm ma
ximè ornatos esse decet. Si He-
roës quondam pro patria,& pa-
triæ salute, pro honore, & fortu-
nis huius sæculi,tot tantosq; labo
res subire non dubitauerũt.Qua-

Quibus armis aduersarij repellantur

Gladius spirit9 qd efficiat.

Argumentum à minori ad maius.

les quęso oportet esse episcopos, rectores, animarũq; custodes, qui in suam prouinciam oues ea lege à supremo pastore commendatas susceperunt, vt gregem ab æterna morte, & supplicio vindicarẽt? Quò igitur maior est hostiũ vis, & vafra eorum iniquitas, qui in nostram omnium perniciem iurârunt, eò vigilantiori ac promptiori animo pastores & rectores omnes neruos intendere decet, vt Cerberos illos (siue Stygios canes, siue leones, siue antiquos serpentes, placet nominare) ope, & auxilio fortissimi Christi, eiusq; sanctissimi sermonis virtute, è medio tollant: ita igitur agant, & se gerant, ne solo nomine pastores censeantur: Sed ij qui perfecti pastores videãtur, pastorum principem pontificem magnum Iesum christum imitentur, qui adeò suas oues dilexit, vt capitis pericu-

Vigilandum contra Satellitium nequitiarũ. Ephe.6. 1.Tes.5. ps.21. Phi.3. Apo.22.

He.4.5.6.

culum pro illarum salute subire non dubitauerit. Obtulit certè se metipsum oblationem, & hostiã sanctam,vt gregi suo vitam, pacẽ gaudium, & liberationem afferret : idq; sua morte ac sacrati sui sanguinis effusione. Qua in re maximam in nos suam charitatẽ cõmendauit.Hoc sit ergo pastorum præcipuum munus,gratia dei verboq; salutis,ouium mẽtes & corda stabilire , ne sinuosis errorum Labirinthis,aut hæreseõ falsis doctrinis,illaqueentur,ac à via veritatis abducantur. Iàm verò non sint ampliùs sicut paruuli fluctuãtes, neq; hâc neq; illâc quouis vẽto doctrinæ in hominum nequitia agitentur , & circumferantur, néue puerili innocentia,quorundam astutia facilè circumueniantur.Gladio igitur spirit9 accincti, scuto & clypeo veritatis , sponte obuiàm veniant his qui offendi-

Io.10. Ephe.5. Oblatio christi multa beneficia attulit. Roma. 5.

Roma.16 Heb.13. cõtra inimicos veritatis muniamur. Ephe.4.

Ephe.6. 1.Tes.5.

cula parant, ac dei ecclesiam scan dalizant, qui nō Christo domino, sed suo ventri inseruiunt, & per dulces benedictiones (vt sancti Pauli verbis vtar) seducunt corda innocentum, lenibus quidem verbis, & callidis artibus rerum imperitos in suam sententiam illiciunt. Id genus hominum operarij subdoli, canes venefici, quorum sermo serpit vt cancer, & lupi sunt rapaces, qui gregibus non ignoscunt, qui veniunt in vestimē tis ouium, ac peruersa loquuntur, vanis huius sæculi præsidijs innitē tes, hoc est fallacijs & dolis, quibus discipulos abducant, quorum dentes hastilia sunt, tela lethifera, ac ardentes sagittæ, & lingua eorum gladius peracutus, ministri criminatoris Sathanæ, inflati persuasione humanæ sapiētiæ, superbi, elati, seipsos amantes, qui separationem membrorum à reliquo

Rom. 16. Pseudo prophetæ describūtur 2. Co. 11. Ph. 3. 2. Tim. 2. Mat. 7. Doli hæreticorū obseruandi ne à veritate deflectamus Ps. 56. 2. P. 2. Iu 1. 2. Timo. 3 1. Tim. 4. 2. Pet. 3.

ecclesiæ corpore meditantur, & oues à dei obsequio, maiorumq; obedientia detrahere, moliuntur: quo quid hominum generi perniciosius excogitari pōt? Sctā ergo prędicatione oues suas pastores erigant, consolentur, corroborent, & securas contra omnes omnium Pseudoprophetarum (qui sua tantùm quęrunt nō quæ Iesuchristi) imposturas & dolos reddant: atque omni conatu nitātur regnum impiorum euertere, & funditus eruere, præmoneātq; assiduis exhortationibus ne insidioso falsæ doctrinæ veneno, mellitis verbis oblito, capiantur: ne patulas illis præbeant aures, neq; ipsorum seditiosis auscultent sententijs. Sedulò rudioris ingenij viros hortentur, vt in coniunctione corporis christi, & fidei christianæ permaneant: ac eos qui non syncerè quod rectum est docēt,

Hostibus Christi sedulò occurrendū & repugnandum

Roma.16
Phi.2.

Antidotū aduersus inimicos diuinæ veritatis.

Adæ, Abeeli, Noe, Abrahæ, Iosepho, cæterisq; patriarchis, Moisi, Dauidi, Danieli, reliquisq; prophetis, ac sanctis hominibus semper fortissimus affuit, nec eos vnquam deseruit Itaq; pastores, vel ad mortem vsque non solùm viriliter obeundam, sed etiam optandam fideles omnes cohortentur. Non enim hîc regionem permanentem aut domicilium vllũ certum habemus: sed velut quodam in exilio peregrini atque hospites in terris degimus, minimè diu permansuri. Quocirca pijs omnibus ad æternam illam & cœlestem patriam intentis animis semper anhelandum est. Cùm nihil aliud sit hæc vita, quàm continuus quidã cursus ad mortem, velut patentẽ & apertam ianuam, ad illam vitã æternam, & omni fœlicitate cumulatam. Non ergo metus mortis pios exanimet: neque formi-

Heb.11.13.
Prope adest dñs omnibus pijs.
Ps.21.33.
Heb.11.12.
2.Cor.5.
Heb.11.
1.Petri.2.
Ps. 41.83.
Phi.1.3.
Mors ad vitam ianua.

tionē adigit,vt nullã ſolet prętermittere occaſionem exaggerandi peccati,tunc ad Chriſtũ accedamus, qui vnicus medicus eſt vulneratæ conſcientiæ, & ægrotarum animarum:qui in plenitudine temporis in terram venit, non vt vocaret iuſtos, ſed peccatores, ab eo ſalutem omnem ſperemus & ex ſacris Biblijs,conſolationes, & remedia morbis, qui intrinſecus latent,adhibeamus:& fiduciã in miſericordia & clementia dei collocemus,qui ſua lõganimitate delinquentiũ interitum non quęrit,ſed potiùs vt eos pœniteat & viuant. Hæc doceant paſtores & languentes omnes impellant, vt ad immenſam Dei benignitatem confugiant atque à cœleſti illo medico (qui ad quærendum venit, & ſaluum faciendum quod perierat) veniam petant, orent & poſtulent. Non eſt certè non eſt

In ſummis anguſtijs ad chriſtum properandum.
Gala.4.
Mat.9.
Eze.18.
Heb.4.
Lucæ.19.
Maior eſt dei benignitas quàm noſtra culpa

cur quiſquam de impetranda ve
nia diffidat, aut peccata ſua maio
Roma. 5. rem vim ad perditionem habere
exiſtimet, quàm miſericordiã dei
ad ſalutem. Cuſtos eſt enim deus
ouium ſuarum,& hominũ Chri-
ſtianorum conſeruator , vocans
afflictos in ſinũ ſuum. Confugite,
Mat.11. inquit, ad me omnes quicunque
Benigna laboratis,& onerati eſtis, ego re-
xpi inuitatio. ficiam vos. Quis adeò demiſſum
et languẽtem,propter peccati re-
cordationem,animum,huius dicti
memoriâ non erigat? Iubeant er-
go paſtores pios omnes bono a-
nimo eſſe,ac forti: Déq; filio dei,
quem pro nobis in mortem tradi
Roma.8. dit pater , cuius nos ſanguine la-
de Christo pia nobis polliceamur. uit, optima , ſi tamen reſipuerint,
ſibi polliceãtur.Non enim venit,
vt iudicet mundum,ſed vt ſerue-
tur mundus per eum.Talibus ver
bis & ſentẽtijs, quas ex ſacris ſcri
pturis deſumpſerint,miſeras,& ca

Iamitoſas hominum conſcientias delectent, recreent, & reficiant: vt maiori animo deo ĩhæreãt, qui ſpes, fortitudo, & auxilium noſtrũ eſt: qui nobis etiam in extremo vitæ diſcrimine verſantibus, ſemper præſens adeſt propugnaculũ.

Quàm forti, & conſtanti animo eſſe debeant oues in rebus aduerſis & in ipſa morte.

Caput uigeſimũ primũ.



Ddiſcant oues ex hoc verſiculo in arduis anguſtijs, in quotidianis cruciatibus in ipſa etiam morte habitare in adiutorio altiſsimi: & in protectione dei cœli commorari: Ps.91.

Eripit dn̄s ſperã tes in ſe. qui nos reſpicit, & à dedecore, à doloribus, & cæteris omnibus caſibus, contra furorem diaboli (qui nunquam exuit odium in filios dei) tuetur. Hunc verò ferociſsimum hoſtem in tanta imbecillitate animi & corporis, depellere non poſſumus, quam ob rem paſtoris auxilium nobis eſt neceſſarium: quo præſente à laqueo venantium, à peſte exitiali, ab inſidijs, & incurſu diaboli, à ſubitis periculis, & ab omni pernicie liberabimur. Si ſyncerè & ex animo, nos diuinę miſericordię cõmittamus, lęto ac ſecuro animo erimus. Nam ipſę rerum omnium parens, nos à moleſtis hominibus, ab inimicis, & ab omnibus denique periculis, etiam præſentibus, incolumes conſeruabit. Neque verò vllum metum, nobis Sathanas transfiguratus in angelum lucis (qui verè dæmonium meridia

Iohan. 8. Ap. 12. 20.

2. Cor. 11.

num nuncupatur)incutiet: Super aspidem & basiliscum, imò super ferocißima quęque animalia incedemus: & leonem atque draconem conculcabimus: neque diabolus, aut eius ministri, aduersus hominem pium, & præsidio Dei munitũ, vim vllã habebunt. Quãdoquidem is optima fide amplectitur dominum: ideoq; à dextris, id est secũdis rebus, & à sinistris, id est in aduersis, & calamitosis casibus, semper tutißimus erit. Eum namque lumine suo dominus circumdabit, animumq; illîus mirum in modum confirmabit, vt aduersa omnia superare poßit. Si quid igitur durum aut molestum, nobis acciderit, ad Christum tanquã ad sacram anchoram confugiamus: hunc nobis præsentem vbique intueamur, cui9 robur, & virtus, tanta est, vt nullo mortis timore nos vnquam exanimatos, aut

Qui deũ habet superior oĩbus hostibus est.

Iust9 securus pmanet in omnibus.

Heb.4.

ac viribus destitutus clamaret, heû domine mi, quid faciemus? Vir sanctus à deo optimo maximo exorauit: vt quæ ipse cernebat, minister etiam eius cerneret: tũ ille in omnem partem prospiciens, montem equitibus, & curribus igneis circundatum, opertũq; videt, qui pro salute Helysei pugnabant, & tanquã muro firmissimo vndique sepiebãt. Huiusmodi meditationibus aduersus incursus perditissimorum hostium, nos muniri oportet. Nam cùm natura timidi simus, similes ouibus infirmis, (quæ non tantùm fulgura, tonitrua, & luporum incursus metuunt: verũetiam proprij sui horrent sonitum vestigij) optima nos custodia præcingi, non mediocriter gaudemus. Quis igitur magnopere non exultet, aut summa non efferatur lætitia, dum Iesum Christum optimum esse pastorẽ

Angeli dei nobis sunt auxilio.

Io. 10. 14. Ephe. 1. 2. Heb. 2.

Ephe.1.2. Hebre.2.

agnoſcit?qui nos ab Ira dei,à morte,atque exitio ęterno liberat.Neque tamen adeò vacuum omni timore Chriſtianum eſſe velim, vt inani confidentia laſciuiat, & in malè acta vita,quaſi quadam ſecuritate, in miſericordia Dei acquieſcat. Nam benè placitum eſt domino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericordia eius. Et diuus Paulus nos docet, vt cum metu & tremore noſtram ſalutem operemur. Cõuenit enim fidei audaciam, ſummæ miſericordiæ dei innixam,cũ religioſo, ſanctoq; timore ſic eſſe coniunctam:vt cum multa humilitate, noſtrîq; diffidentia,& concepta ex conſcientia noſtræ calamitatis,anguſtia, in cœlum ſuſpicere, & in multitudine bonitatis diuinę cõfidere aſſueſcamus.Itaq; ſapiens ille beatum eum hominẽ eſſe dicebat,qui ſemper eſſet paui

Ps.146.

Timor & ſpes coniuncta.

Phi.1.

Qui dei miſericordiæ nititur ſancto timore non vacat.

Ps.5.

Prou.28.

dus,quiq; aſsiduè cor ſuum terreret.Iram enim dei,mortē, & cruciatus, (quæ ſunt ſtipendia peccati)reformidare par eſt,quando ille timor nobis eſt initium ſapientiæ,quò faciliùs cōtra peccata pugnamus. Anim9 enim ſibi diffidēs in ſe confuſus, & deiectus tādem cùm ſe in deo recolligit,in illo erigitur,in illius fiducia viuit,eumq; ita colit, veneratur, & amat: vt quidquam facere ab eius voluntate alienum vereatur. Ingenuo liberoq; metu teſtatur ſe chariſsimum dei filium eſſe, & toto mentis affectu ſe patri ſubditum præbet. Hic ille eſt timor domini ſanctus, perſtans perpetuò, permanens in ſæculum, qui quidem ex charitate fluxit, qui,ſi erit in nobis ſyncera religione deum reuerebimur, ſummaq; puritate colemus,nunquam ab illius iuſsis recedemus,ſimul & exultabim9 re-

Roma.6. Ps.110. Eccl.1. Timor dn̄i purus nos ad pœnitentiam inducit.

Ps.18. Timor filialis & reuerētialis ppetu9 eſt

mortis portēdunt. O verè fęlices Her.17.
& beatas oues, quę cū christū pa
storē sequātur, nusquā disturban
tur. Quocirca omnibus neruis, &
industria nobis cōtendendū est,
vt sub tāti pastoris cura, & prote
ctione permanere posſimus: qui
suis ouibus certiſsimū est, & præ-
sentiſsimū (velut arx munitiſsima)
in omnibus angustijs auxiliū, præ
sidiū, & propugnaculū. Qui nun Ioh.14.
quā nos miseros destituit neque He,13.
abijcit: qui cū omnibus bonis suis Rom. 8.
sic nobis cōmunicatus est, vt om
nia eius nostra sint: nos verò eius Ro.12.
mēbra, adeò cū ipso coniūcta, vt 1.Cor.1.
iustitia eius nostra peccata ob- 1.Cor.1
ruat, salus eius nostrā dānationem
aboleat, eiusq; dignitas & splen-
dor nostram fæditatē absorbeat.
Ergo vtraque manu, fortiter re
tineamus eam, qua se nobis con
iunxit societatem, & bono a-
nimo cum Propheta dicamus.

Tu Deus refugium noſtrum, tu virtus noſtra, tu adiutor in tribulationibus, In te dñe ſperamus, non confundemur, neque pudore vnquam exalbeſcemus, ſpe noſtra fruſtrà ſuſcepta. Tu enim iuſtitia noſtra, ſerua nos, & eſto nobis in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluos nos facias, fortitudo noſtra, & refugiũ noſtrum es tu, ꝑpter nomen tuũ, deduces nos, & enutries nos: In manibus tuis ſortes noſtræ repoſitæ ſunt. Tãdem verò vt finiam illam orationẽ inceptã, & propoſitam, pronunciemꝰ optima fide, & dicamꝰ. Etiam ſi ambulauerimus in medio vmbræ mortis non timebimꝰ mala, qm̃ tu nobiſcũ es. Mentem igitur noſtrã erigamus, & huius verſiculi meditatione cõfirmemus. Siquidem natura noſtra adeò mollis, & timida eſt, vt ſi quid duri inciderit, vel ex ſen-

Ps. 17. 45.

Ps. 30.

Quomodo deus inuocandus in anguſtijs

Ps. 30.

Qua fiducia naturæ infirmitas fulciatur.

tentia non ſucceſſerit,ilico dolore,lachrymis turpiſsimè, crucieť. Itaq; diuinis eam vocibus,et pollicitis inſtitutã,& corroboratam habeamus.Hæc vna vox(quoniã tu mecum es) omnem dubitatio nem à nobis tollere,atq; abijcere debet.Chriſtus enim in Imo pectore habitat: nec verò nobis ſolùm adhæret,verùm etiam admirabili quadam coniunctione & ſocietatis nodo,in vnum corpus nobiſcum in dies etiam atq; etiã coaleſcit, donec vnus penit⁹ nobiſcum fiat.Audiamus igitur eũ qui cœlum & terram diuina potentia circumuoluit,& omnia ſua præſentia replet,ſic de hoĩe p o, qui Dei præſidio fretus eſt, loquentem. Quoniã,Inquit,in me ſperauit,liberabo eũ, protegã eũ quoniã cognouit nomẽ meũ:clamauit ad me,& ego exaudiã eũ, cũ ipſo ſum in tribulatiõe, eripiã

Luc.17. Chriſtus mirabiliter nos ſibi vnit. Ephe. 4.

Ps.91. Auxiliũ ſperãtib⁹ & credẽtibus promittitur.

eum, & glorificabo eum: Longitudine dierũ replebo eum, & oſtẽdam illi ſalutare meũ. Similia paſſim nobis ſacræ legis volumina pollicentur, quæ cõſolari afflictas hominũ animas debent. Quis eñ Chriſto pręsẽte, & vires nobis in certamine ſubminiſtrante, nõ gaudeat? quis in rege potentiſsimo, & ſponſo animarũ noſtrarũ Ieſuchriſto (ſub cuius poteſtate degimus) ſeriò non exultet? qui nobiſcum vnà eſſe, vnà viuere, & permanere habet in delitiis. Confidamus in hoc paſtore clemẽtiſsimo, qui nunquam ſuam in ouibus benignitatem claudit, quiq; dum etiã affligit, dum cruciat, & torquet: verumtamen pro ſua animi ſentẽtia conſolatur, & in noſtram communem oĩum vtilitatem id ſe facere docet: quod proximo carmine noſter poẽta cęleſtis oſtendit dicens, Virga tua, & baculus tuus

In chriſto gaudẽdũ & exultãdum.

Pro.8.

ipsa me consolata sunt.

De uirga & correctione domini, forti animo tolleranda: & de baculo auxilij diuini, quo sustentamur, erigimur, & consolamur.

Caput uigesimũ secundũ.


Vemadmodũ pastores virga & baculo ad dirigendas vel reducendas oues vti solent, in rectã viam vt redeant: ita optimus pastor Iesus Christus virgam habet directionis, quę sceptrum regni nuncupatur. Habet et baculũ virtutis, atq; potentiæ quo imbecillitatem nostrã virtute sua, fulciat, et roboret. Ps.44. Esa.9. Quid virga & baculus.

Non autem temerè seueritatē, & correctionem domini per virgā possumus intelligere. Sicut scriptū est, Reges eos, inquit noster pro-
Ps.2. pheta Dauid, in virga ferrea, &
Ps.88. tanquā vas figuli confringes eos,
virga cor et rursus: Si dereliquerint filij eius
rectio & legem meam, & in iudicijs meis
castigatio nō ambulauerint, si iustitias meas
dñi est. profanauerint, & mādata mea nō custodierint, visitabo in virga ini quitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam au tem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Et alio in loco: Non relinquet do
Ps.124. minus virgam peccatorum, super sortem iustorum, vt nō extendāt iusti ad iniquitatem manus suas. Salomon correctionē domini vir
Pro.13. gam appellat, dū ille ait, Qui par-
Pro.22. cit virgæ, odit filium. & iterū, Stul titia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam,
virga

virga & obiurgatio dat ſapientiã, puer verò ſibi relict⁹ pudefacit matrē ſuã. Eadē ratione, in Eſaia dominus Aſsyrios vocat virgam furoris ſui, Væ Aſſur, inquit, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt: in manu eius indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eũ. &c. Per baculũ verò gratiã ſpũs ſcti, intelligim⁹ qua ægrotus, & lãgueſcēs animus eleuatur. Non eſt autem ille baculus arundineus, non eſt fragilis, aut infirmus, ſed fortis & potens ad animi noſtri imbecillitatem confirmandam. Vtraque res vtilis certè animis hominũ, & iucunda. Quid enim vtilius quã virga patris cædi, & ab eo benignè corrigi? Quid beatius quàm baculo maximi numinis fulciri, auxilioq; diuino corroborari? Nullũ profectò magis præcipuum, aut excellentius in nos diuini ſignum amoris, nullũ vel locupletius, vel

Prō.29.

Eſa.10.

Quid baculus ſignificet.

Iob.5. correctio dei ferenda vt ſignũ diuini fauoris

Pro.3. magis ſingulare ĩ nos paternę cha
Apo.3. ritatis teſtimoniũ. Caſtigat enim
dñs quem diligit: & verberibus
cædit quoſcunque ſibi iure adoptionis coniungit: & quos in tutela habet, maxima miſericordia ductus corripit. Hoc nobis maximè perſuaſum ſit morbos, exilia, carceres, cruciatus, mortem denique ipſam, vtcunque hæc, graue iugum, & carni moleſtum eſſe videâtur, virgã eſſe verè paternam,
1. Cor. 11. qua deus peccatores ad ſe reuocat, & leni oratione inuitat. Non eſt hoc, illud iudicium vindictæ, quo dominus inimicos ſuos vlciſci ſolet, quando vltionem cum indignatione coniungit, & iram aduerſus illos exercet, vt confundat, & in nihilum redigat. Iudiciũ caſtigationis potiùs nuncupandũ eſt, quo non ita ſęuit, vt iraſcatur: non vindicat, vt perdat: non ferit, vt confundat: Sed potiùs vt errã-

Iudicium dñi aduerſus ĩpios quale.
Ps.2.
Ps.38.

tes oues ſuas corrigat,hortetur,et in viam reducat. Ardētiſsimo certè animo,nos pater ille cæleſtis amplectitur,cùm vel maximè nobis irat⁹ eſſe videtur:qui nō vult, vt perdamur:ſed vt correpti tandem aliquando reſipiſcamus, & ſalutem ęternam conſequamur. Ideò nos benignè non tyrannorum more caſtigat, ſed animo noſtrî amantiſsimo, & noſtræ ſalutis cupidiſsimo, vt cautiores ī poſterum nos reddat,& cum emendatione ſempiternam ſalutem aſſequamur. Caſtigatio hæc benedictio Dei eſt, locupletiſsimum videlicet Paterni amoris diuinæque clementiæ teſtimonium. Si quidem Dominus per externos cruciatus,& ærumnas,per res aduerſas,velut ꝑ amara pharmaca, ſanat hominē interiorē,ꝑ pręſentes calamitates,variaq; diſcrimīa, nos ad gaudia ſēpiterna cōparat,

Quo aio nos deus corripiat

Eze.18.
1.Tim. 2.

Hie,30. 31

Iob.1.2.5.

Calamitates ęquo animo ferendæ.

Propterea ſanctos paſsim huiuſce modi pœnas, placida mente, & æquo animo ſuſtuliſſe legimus: Qui virga dei, ac ferula verberari,
Ps.118. bonum ad eruditionem ſibi fuiſſe
Ps.117. fatentur. Caſtigans, inquit Dauid, caſtigauit me dominus & morti non tradidit me. Et iterum alio lo
Ps.118. co, Bonum mihi quod humiliaſti
Eſa.12. me. Et propheta Eſaias, Confite-
Dominus percutit vt medeatur. bor, ait, tibi domine, quoniam iratus es mihi, conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me. Dominus quidem fideles non mediocri pungit ſeueritate, atque ita vulnerat, vt cùm ipſi ſibi non longè
Aba.3. ab inferorũ exitio diſtare videãtur, In hoc ipſo demũ luculentius diuinæ clementiæ teſtimonium agnoſcant, & crucem domini inuicto animo, & ſumma patientia ferant. Hãc viam crucis ipſe dominus ſuis præſignauit veſtigijs, quẽ oportuit acerbiſsima queq;,
Ad crucẽ ferẽdã ex ẽplo xp̃i ĩuitamur

& grauißima supplicia pati, mortemq; horrendam in cruce perferre, & preciosam aīam agere, vt eo pacto gloriam suam intraret. Neq; aliter nos quàm per varios casus, per varia discrimina rerum, in regnum cœlorū deducere exoptat. Non ergo velut fracti, & debilitati animum abijciamus, neque fatigemur, si quando ab eo corripimur, ne post hanc vitam cum hoc mundo damnemur, & cum impijs æternum gehēnæ supplicium feramus. Nam si patrem misericordiarum, & deum totius consolationis, neque irato animo secundū digna peccatorum præmia, & scelerum vltionem, Si quādo nos calamitatum stimulis vrget, nobiscum agere crediderimus: sed acerbitatem potiùs adhibere, vt paternam seueritatem, & beneuolentiā ostēdat: ad salutē & cōsolationē nostrā aduersa omnia

Lucæ.14.
Phi.2
Christus a cruce. & morte exaltatus.
Act.14.20
Aequo a nīo crux ferenda.
1,Cor.11.
2.Cor.1.
Aduersa omnia in bonū nostrūm cadunt.
Pro.3.
Heb.12.

Peccatores punit quidem deus vt tã dẽ per miſericordiã ſaluet
Sapien;3.
Pro. 27.
Eccle.14.
Iaco.1.
Iob.5.
1.Cor.7.

cedent. Neq; enim vnquã nos irę ſuę flagello oppreſſos deſerit, nec faciem ſuæ miſericordiæ auertit à nobis, nec nos ad necem & interitum adigit: Sed caſtigatos nos ſua gratia & virtute circũdat. Et quemadmodũ aurum in fornace probatur, igneq; examinatũ purius redditur: Ita nos dominus rebus aduerſis & ærumnis exploratos probat, & à rubigine vitiorum purgat: vt tandem capiti noſtro coronam vitæ imponat, cùm probati fuerimus. Oculis ergo fidei ſub cruce latẽtem optimi patris vultũ, ſumma humanitáte & ſuauitáte lucentem conſpiciamus: Certumq́; nobis perſuadeamus, morbos corporis, cæterosq́; cruciatus, pertubationes ærumnoſas animi, et corporis, eſſe peccati pęnas, quibus ad pœnitẽtiam reuocamur. Vel credamus inuiti, ad explorandam & exercendam fi-

dem,vel ostẽdendũ illustre quod dam paternæ indulgentię Indiciũ penit⁹ manifestũ.Huius verò lenitatis quãtã habeat rationem, in suis Israëlitis castigãdis,apud prophetam Esaiam ostendit,Propter nomen meum,inquit,longè faciã furorẽ meũ;& ꝓpter laudẽ meã frænũ inijciam mihi,tuî causâ:ne te omnino exscindã.Sed non quasi argentũ elegi te in fornace afflictionis:Hoc est leuiter te igne tribulationis probaui,nõ in fornace argẽtaria,nã ipse totus absumptus esses.Quãquam enim purgationis loco,castigationes nobis domin⁹ immittere solet,ita tamẽ illas manu quasi paterna tẽperat,& moderať,ne pl⁹ iusto per eas afflicti deterreanť.His cogitationibus fidem instrui necesse est,in afflictionum acerbitate:tẽpus est enim,vt iudicium Incipiat à domo Dei, in qua inuocatum est nomẽ eius.

Iob.5.
Heb.12.
Esa.48.
Expectat nos deus ad pęnitẽtiam neq; patiť nos tentari supra vires.
1.Cor.10.
1.Petri.4.

Ingratitudo vitāda filijs.

Stultorum certè hominum est, atque ingratissimorum, hanc tam propensam, clementissimi patris erga nos voluntatem, non agnoscere, neque pro ea illi gratias agere: forti animo cruciatus feramus, Si tandem cęlestis hęreditatis participes fieri volumus. Quod patimur medicina est nobis, non vindicta, castigatio, non damnatio. Quid igitur est, cur ærumnas minùs ęquo animo perferamus? Cur non summa animi virtute, paternam castigationem boni & æqui consulimus? Ne quæso similes simus Caino, Sauli, Pharaoni, Senacheriph, Anthioco, & alijs innumeris, qui virgam diuini iudicij, & paternæ correctionis senserunt: nullum verò inde diuinæ consolationis fructum perceperunt. Sed extremo lætaliq; horrore confusi, dei manum fortem cognouerunt, & terroribus ira-

Iaco.1.

Gene. 4.
1.Reg.28.

Impiorū & infidelium cruciatus nō est ad salutē sed ad interitum.

rum oppreſsi,in deſperationis baratrum præcipites ceciderunt.

Nos igitur potiùs Ioſephum pium & pudicum iuuenem,Dauidem,Ezechiam,Thobiam,Iob patientiæ ſpeculum,Manaſſem, Nabuchodonoſorem,Prophetas omnes, & ſanctos Apoſtolos imitemur:Qui bono animo fortiq́; pectore carceres,vincula , coniurationes,ſubditorum defectus, innumeras calamitates,& grauem alioquin bonorum omnium iacturã, conſtanti animo tulerunt.Quibus quamuis deus tetra,atq; facie horribili occurriſſet,mox illi tamẽ patrem humaniſsimum agnouerunt, & illis tot tantisq́; ærumnis,& crucibus circũdatis ſe propitiũ præbuit: dum in morbis & cruciatibus,quos varijs modis illi perpetiebantur, tantam animi conſolationem perceperunt : vt audacter vereq́; dicere poſſent, ſecundùm

Ge.37.39. Ps.10. 1.Re.20. 23. 4.Re.21. Tob.1.2. Iob.1.2. 4.Re.21. Dan.4. Heb.11.

In ęſtu tẽtationis recreat dominus.

multitudinem dolorum conſolationes tuæ lætificauêrunt animã noſtram. Exiguo quidem tẽpore triſtitia & mœrore confecti credebantur, verùm hoc illis ad pœ-
2.Cor.7. nitentiam, quæ ſalutis æternæ ianua eſt proderat. Qua de cauſa
Eſa.40. ait Eſaias, Conſolamini, Conſolamini popule meus, dicit deus veſter, loquimini ad cor Hieruſalẽ, & aduocate eam, quoniã completa eſt malicia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Quod perinde eſt ac ſi diceret, Satìs iam ſatìs ſupplicij dediſtis, graues pœnas ſuſtinuiſtis. Iam diuturno luctu & mœrore confecti eſtis: Tempus eſt vt accepto plenè miſericordiæ nũcio, animi veſtri lætitia & gaudio perfundãtur. Beatus ſanè homo ille,
Ps.93. quem corripuerit Dominus & in lege ſua erudierit. Itaq; in hu-

Pœnitentia eſt ad regnũ aditus.

iusmodi angustijs baculum auxilij diuini in procinctu habeamus. Hic est enim spiritus sanctus, vitę & virtutū omnium magister, dux in cælum, vnicum miserorum solatium, afflictorum gaudiū, & ingens in Christum credentiū exultatio. Qui nos à praua consuetudine, ad honestam vitæ rationem dirigit, & tandem ad beatam & immortalem vitam deducit. In hoc baculo pietatem, & iustitiā sequimur, et intelligimus. Nouam & veram vitam in Christo instituimus, in ea pergimus, & perseueramus. Dei nanq; misericordia Deique per spiritum suum præsentia, nostra est vita, salus nostra, beatitudo, & est quicquid boni sum⁹ Hic est bacul⁹ nostræ senectutis, & ꝑegrinatiōis quo et carnis nrę vetustas, & īfirmitas corroborat̄. Hoc baculo Cerberū illū Sathanā, & tartarorū furias, per-

Fęlixquē corrigit dn̄s. Baculus est spūs sanctus. Gal.5. 1.Cor.12. Ps.142. Laudes & virtutes spūs sancti.

Dei pręsentia efficax in nobis.

ditiſsimosq́; noſtræ ſalutis hoſtes fundimus, perſequimur, & ſuperamus: Huius vnius conſolatione afflictionis amaritudinem temperamus. Hic vnus eſt baculus, qui hominũ animos exhilarat, inanes timores & ſollicitudines depellit, aciem mentis acuit, & illuſtrat: animam aduerſus omnia in nos tẽtata pericula confirmat. Baculum ergo gratiæ & miſericordiæ arripiamus, contra omnes Sathanę inſultus, aduerſus horrendos cruciatus, ac mortes crudeliſsimas, & in bonitate illa immenſa, Diuinaq́; clementia ſpem omnem & fidem reponamus, atq; ingraueſcente virga correctionis, & caſtigationis paternæ, oremus: vt ſuccurrat nobis baculus ſpiritus ſancti, ne fides titubet in nobis: ſed integra firmaq́; permaneat. Neque nutet ſpes, ſed immota certaq́; velut anchora perſiſtat, nec refrigeſcat in

Gratia dei affert ſecũ multa cõmoda.

Ephe. 1.2.

He. 4.10.

Orãdum ĩ afflictionibus & imploranđus ſpiritus.

nobis charitas: sed magis ac magis accendatur: vt nullo terrore humana infirmitas concutiatur. Sed per christum in omni pietate coalescamus, & tandem ad cœlestem gloriam, & immortalem æternæ vitæ coronam perueniamus.

De virga & baculo pastorali, & quonam pacto oues à pastoribus dirigantur, & corrigantur.

Caput vigesimũ tertiũ.



Operæprecium est Pastores, & rectores ecclesiarum, virgam & baculũ in manibus gestare: virgam quidem, id est authoritatem & potentiam, quibus delicta po-

puli ſeueritate frontis, & verborũ
2.Tim. 4. aſperitate corrigãt, & increpent:
& cùm res ipſa poſtulabit, duriùs
reprehendant. Diuinorum iudiciorum formidine præuaricantiũ
corda deterreant, verbóque legis
diuinæ obduratos obiurgent. In
Seueritas neceſſaria primis enim ſeueritas, ad retinendam in officio multitudinem plurimùm valet: indulgentiâ verò vulgus corrũpi ſolet. Quocirca adhibenda eſt iuris æquitas, vt ratione & iudicio cuncta gerantur, ſummáque iuſtitia, & veritate vitę mores componantur: ne oues à via
Patresfamiliâs imitandi à paſtoribus. Pro.3. veritatis aberrent, né ve ab ouili diſcedant. Paſtorum igitur officiũ ſit in hac parte patresfamiliâs imitari, qui duræ ceruicis liberos virga coërcent: modeſtiores verò, frugi, & bonæ ſpei, pudore & liberalitate retinẽt. Horum exemplo paſtores cum grege ſibi commiſſo ſic agant, ſic ſe gerant, vt

bonos amore & beneuolentia du cant:in eos autem qui parêre nolunt, verbo veritatis ſeueriùs animaduertant. Et quemadmodum optimi medici ægrotis grauia ſolent adhibere remedia,& eos qui in maximo vitæ diſcrimine verſantur pro conditione & qualitate morborum, tuendæ ſalutis cauſâ auxilia prębent: nec dubitant carnẽ putridam præſcindere, vel igni abſumere, ne reliquum corpus cõtabeſcat, & corrumpatur: ita & animarum medici ne langores animi latiùs ſerpant pręcaueãt & vt morbi requirunt,optima antidota præparent, cumq́; etiam neceſſe fuerit,amariora pharmaca adhibeant. Nec illis ſatis eſſe putarim publicè verbum domini annnũciare, niſi & per ſingulas domos vnumquẽq; prout res poſtulabit,monere et hortari ſtudeãt Quos v e !doctrinę Chriſti parùm

Similitudo ſumpta ab arte medicorum.

Publicè & priuatim admonẽdi fideles.

obſequentes,vel ſegniores cogno uerint,increpare non ceſſent,nec illis parcant:exaltent inſtar tubæ uocem,& annuncient populo ſce lera. Animaduertant paſtores, & presbyteri,quid chriſto & eccleſiæ debeant.Exẽplum Diui Pauli ſibi proponant, qui maiores na tu eccleſiæ Epheſiorum his verbis eſt alloquutus. Scitis,inquit,à primo die,quo ingreſſus ſum Aſiã quomodo vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens domino, cum omni animi humilitate,cũq; multis lachrimis, & tẽtationibus: vt nihil ſubtraxerim eorum, quæ eſſent in rem veſtram:quin annũciarem vobis,& docerem vos publicè,ac per ſingulas domos, teſtificans Iudæis,ſimul ac Grecis, eã quæ erga deum eſt pœnitentiam, & fidem.Et paulò poſt.Nunc ego ſcio, quòd poſthàc non videbitis faciem meã,vos omnes,per quos

1.Tim. 4. Eſa.58.

Acto.20. Hortatur S. Paulus presbyteros Epheſios vt ſuo exemplo gregi pſuccãt.

transiui

tranſiui prædicans regnum dei. Quapropter cõteſtor vos hodierno die, quòd mundus ego ſum, à ſanguine omnium, non enim ſubterfugi, quò minùs annunciarim vobis omne conſilium dei. Attẽdite igitur vobis, & cuncto gregi in quo vos ſpiritus ſanctus poſuit epiſcopos, ad regendam eccleſiã dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo.

Pulchra exhortatio ad paſtores.

Huius ſancti Apoſtoli exẽplo probè & inculpatè viuant rectores, prædicent, & exponãt verùm dei cultum, vt quieſcant omnes, & ceſſent agere peruersè, & diſcant benefacere. Cùm enim dominus omnibus ſpeculatoribus, qui poſiti ſunt in eccleſia, denunciet per Ezechielem, Si quis eorum negligentiâ pereat, ſanguinẽ ſe de ipſorum manibus expoſtulaturum Iudicium domini reformidẽt, qui ait, Speculatorem cõſtitui te domui Iſraẽlis, audies igitur verbum

Eze.3.

Eze.33.34

ex ore meo, & diſertè monebis eos ex me. Quùm dixero ego impio, certiſsime morieris, atq; tu non monueris eum, neq; locutus fueris diſertè, dehortando impiũ, à via ſua impia, vt viuat: ille quidẽ impius morietur ĩ iniquitate ſua: ſanguinem verò eius de manu tua requiram: Hoc eſt tibi eorum pernicies imputabitur. In eos quoq; rectè dictũ exiſtimauerim, quòd de ſe. S. Paulus ait. Væ mihi niſi euangelizem, cùm diſpenſatio mihi credita ſit. Decet igitur Epiſcopos ad pœnitentiam omni ſtudio cunctos prouocare, & excuſſa ignauia & ſecuritate ad bonã frugem omnes compellere, atq; ad ſenſum iræ dei aduerſus peccatũ excitare. Ex charitate autem proficiſcatur hæc correctio, & caſtigatio: procul abſit odium, & adulatio, conſilium verum omnibus Chriſtianis dare gaudeant. Nec

Pœna Paſtoris nõ annunciãtis populo ſua peccata.

1.Cor.9.

Epiſcoporũ miniſterium quale ſit. 1.Cor.16.

expectent, vt à quoquam rogẽtur: sed gregis Christi liberè curã agant, non coactè, sed propenso animo, non turpiter affectantes lucrum. Studium promouendæ gloriæ dei semper adsit, ideóque seueritátis rigorem æquitate, & lenitate quadam temperent, occupatos in aliquo delicto in spiritu mãsuetudinis, & blãdis verbis instaurent. Et caueant diligenter ne is in quem animaduertitur, dum nimia seueritas & acrimonia exercetur, tristitia confectus absorbeatur. Lapsæ conscientiæ baculo sanctæ consolationis erigendæ sunt: ne pro medicinæ remedio fiat venenum. Doceant ergo populum gregem & oues suas ad punientẽ peccata deum se cõferre, benè ab eo salutem, & remissionem peccatorum sperare. Stimulum adhibeãt illis ad orandum & inuocandum eum qui solus eripere potest ani-

1.Pet.4.

1.Thes.2.

Mãsuẽtudo in correctione. Gala.6.

Pſal. 114. mam à morte, oculos à lachrimis, pedes à lapſu. Et viam doceant, qua ad illius miſericordiam ardenti ſtudio expoſcendam cõfugiant. Proponant ante omnium oculos frequentes illas Euãgelij promiſſiones, quibus lux, gaudium, ſalus, vita, virtus, perennis fœlicitas, & cœleſtis hæreditas in Chriſto nobis proponuntur. Et prædicent Chriſtum agnum immaculatum, eum qui tollit peccata mundi, in cuius ſanguine habemus redemptionem, remiſsionem peccatorũ, & vitam ęternam. Ad illum peccatores inuitent, qui nullum repudiat, nullum reijcit, nullum excludit: Sed benignè omnes ad ſe redeuntes ſuſcipit, & tuetur. Sint ergo fideles ſerui dei, & prudentes in tractando, atq; effundendo ſermone veritatis, neque ſeueritate abutantur, neq; lenitate impudentiam, & proteruitatem foueant.

Ioh. 1.
Apoc. 5. 7
Ephe. 1.
Col. 1.
Ioã. 4. 5. 6
Chriſtus nullũ ad ſe venientẽ reijcit.
Math. 9.
Luc. 15.
2. Tim. 2.

Ea meditentur aſsiduè quę ad ſalutem gregis faciunt, priuata vitia intra priuatos parietes arguant. Math.18.
Eos verò qui palàm & ĩ luce peccant, coram omnibus,ſi offendiculum ſit publicum,corripiant.Si Luc.17. Iac.5. 1.Tim.5.
quis eiuſmodi adhortationes, vel pertinaciter reſpuat,vel in obſcura vitiorum caligine volutari perſeuerans contemnat, & reijciat:is vbi ſemel,atq; iterũ,teſtibus adhibitis,præmonitus fuerit: neq; tamen reſipuerit,ad eccleſię iudiciũ vocandus eſt,vbi publica authoritate grauiùs admonebitur, vt eccleſiæ ſe ſubijciat, & maioribus pareat. Math.18.
Qui ſi nec ſic quidem frãgatur,ſed potiùs tanquam ſus, ſordibus & nequitia ſua delectetur, tunc velut Eccleſiæ contemptor, à ſocietate fidelium planè abdicetur, velut ouis morbida: ne reliquum gregẽ inficiat,à caulis procul pellatᷣ. Hæc eſt ſpiritualis ec-

Excõmunicatio iuſta vbi eccleſia cõtẽnitur.

Eccleſiæ authoritas.

cleſiæ iuriſdictio, virga paſtorum, & gladius, quo illi ex verbo, & ſumma virtute domini, ad Dei gloriam, & eccleſiæ cōmoda vtū-tur. Vt animaduertant acriter in

Aduerſus quos ferē da excō-municatio.

ſcelera, & flagitia: & fornicatores, adulteros, impuros, malitioſos, fures, pr̨edones, ſeditioſos, h̨ereticos, periuros, falſos teſtes, ſacrorū contēptores, & id genus nebulones: vt morum integritas in eccleſia

1. Cor. 5. 6.

Dei ſeruetur, & flagitia p̨enitus exterminentur. Ne quis verò huiuſmodi iudicium contemnat, aut ſe eccleſiæ ſententiâ damnatum nihili faciat, teſtatus eſt dominus: vt qui eccleſiam non audierit, Ethnicus & Publicanus haberetur: ratūq; ſe habere dixit in cœlis, quicquid in terris miniſtri dei, vel iudicauerint, vel ſoluerint, vel ligarīt.

Mat. 16. 18

Dedit enim illis poteſtatem, vt cō tumaces excommunicarent, perditos damnarent, & coram omni-

bus ſceleratos,& impios confunderent:ne cæteris ſuæ turpitudinis exemplo,peccandi occaſionẽ præberent. Habent autem & illã Dei miniſtri à domino ſimul authoritatem,vt eos,qui reſipiſcunt, in gratiam recipiant. Huius ſęculi malis hanc cõſtituit dominus medicinam, vt corpus Chriſti integrum,& ſanctũ contineretur,neq; eiuſmodi fœtidis & putridis membris inquinaretur. Eos enim quorum turpitudo in Chriſtianæ reipublicę nomen redundat,à Chriſti familia abigere,quis eſt qui dubitet,ne malorum conſortio boni corrumpantur? modicum namq; fermentum totam maſſam inficit, & corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quamobrem huiuſmodi pr: ſpiciens pericula apoſtolus,cum id genus flagitioſis & ſceleratis hominibus iuſsit ne cibum caperemus. Maximè verò huius

Excõmunicatio medicina eſt.

Qui abijciendi ab Eccleſia.

1. Cor. 5.

1. Cor. 15.

1. Cor. 5.

rei gratiâ inuenta eſt excommunicationis cenſura: vt in eccleſia pax,æquanimitas,iuſtitia,& honeſtas omnis conſeruaretur:& morum corruptela pęnitus eradicaretur.Hac via Apoſtoli, & ſancti eccleſiæ præfecti,ſcandala à contubernio iuſtorum è medio ſuſtulerunt,impijs & facinoroſis hominibus,ſanctorũ ſocietate,& ſacratiſsimi corporis,ſanguinisq́; Chriſti communione interdixerunt.

A cõmunione ſacrę Euchariſtiæ perhibeãtur qui ſcandalo ſunt.

Neque enim ſanctiſsimũ hoc myſterium,precioſaq́; margarita, tãto dedecore affici debet,vt canibus detur,& porcis proſtituatur.

Math. 7.

Pęnitentes ſuſcipiendi.

Verùmtamen omninò negligendi non ſunt,quos ita pudor affecit,vt ſuæ turpitudinis pœniteat. Hoc enim illis maximè ſordibus abſtergendis cõducit. Quemadmodùm Apoſtolus docet,cùm in hũc modum loquitur,Si quis non obedit doctrinæ noſtræ, hunc notate, &

2.Teſ.5.3.

ne commiſceamini cum illo, vt pudore ſuffundat. Corinthiũ verò dicit ſe pro ſcelere incœſtus Sathanæ tradidiſſe, vt in die domini ſpiritus illius ſaluus fieret. Vbi ergo crimen agnoſcunt peccatores, verè & ex animo reſipiſcunt, ſuæq; pœnitentiæ teſtimonium præbẽt, & ſcandalum innatum obliterant, & cupiunt iterum ſanctorum cõſortio coniungi: nequaquam vltrà vrgendi ſunt: ſed humanè in eccleſiæ gremium ſuſcipiendi, & inter Chriſti milites aſcribendi, & ſancta conſolatione reficiendi ſunt. Hæc eſt eccleſiæ conſuetudo, & manſuetudo, quæ ſummo iure in eos qui lapſi ſunt non animaduertit: ſed potiùs ſecundum beati Pauli prȩceptum, charitatem in eis cõfirmat. Itaq; ſupplicium hoc eccleſiaſticum & cætera membra ſeruat, ne & ipſa contagio pereant. Et hac corporea caſtigatiõe pec-

1. Cor. 5.

Verè pȩnitentis ſigna.

2. Cor. 2. 7

Reſipiſcẽtes in eccleſia recipiuntur

catorem macerat,ne in æternum præcipitetur ſuppliciũ. Hoc erat olim tradere Sathanæ in damnationem,& aduerſitatem temporaneam,conijcere ad interitum carnis:Hoc eſt,vt maceretur corpus humanum,quò ſpiritus ſaluus ſit, & incolumis apud iuſtum iudicẽ Ieſum Chriſtum appareat. Hæc eſt virga correctionis,& diſciplinæ,de qua idem Apoſtolus ad Corinthios ait,Quid vultis?cum virga veniam ad vos,an cum charitate & ſpiritu lenitatis? Hac quidem virga commodè vtantur paſtores:vt ſancti mores excolãtur, & floreant, profani verò coërceantur. In hanc rem omnibus viribus incumbant,& veluti boni cuſtodes aduigilent,nõ turpis lucri gratiâ,nec priuatum quærentes compendium.vt ſolent mercenarij, ſed ad illuſtrandam dei gloriam, gregis etiam ſalutem &

Quid ſit tradere Sathanæ.

1.Cor. 4.

Quid virga paſtorũ efficiat

Acto. 20.

1.Petri.4.

Incolumitatem consequendã, Referant omnia in laudem nostri saluatoris, Cui honor est & imperiũ in secula. 1. Cor. 10. Colo. 5.

Quanta animi fortitudine, & patientia, uirga pastoris & correctio domini sit ab ouibus suscipienda.

Caput vigesimum quartũ.



NVNC ad ouium institutionem properemus, quarum proprium munus est, virgam pastoris æquo aĩo perferre: vt suscepto diuini verbi semine, per patiẽtiã fructum afferant. Proinde pij oẽs iuxta, s. apostoli sentẽtiam, vt dei ministros semet ipsos exhibeãt, in

Ouiũ patientia.

Luc. 8.

2. Cor. 6.

tollerantiá multa,in anguſtijs, in plagis,in carceribus,in ſeditionibus,in vigilijs,& moleſtijs omnibus: & dicant cum Patriarchis, et fidelibus ſanctis:Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.Verſiculũ verò iſtũ Ioſeph mira animi alacritate decantauit: cùm à fratribus venditus eſſet & in miſeram ſeruitutem redactus,
Gene.37 39.Ps.104 compedibus cõſtrictus,catenisq́; ferreis corpore vinct9,in atro carcere ſeruaretur:qui vt ſuperiùs diximus varios caſús,multaq́; diſcrimina forti animo pertulit.
Patientia Ioſeph.
Dauid quoque huius carminis author,
Patientia Dauid.
Cùm circumuẽtus eſſet hoſtium artibus,in crudeli & impia illa ſoceri ſui Saulis perſecutione,
1.Reg.22. 2.Reg.15.
In ingrati filij ſui Abſalonis aduerſus patrem coniuratione,in ſubditorum defectione & alijs permultis maximísq; anguſtijs, frequentiùs in hęc verba prorupit, virga tua

& baculus tuus, Multa quidem aduersa pertulit:patientiâ verò & æquanimitate omnia superauit. Tribulationem & dolorem inuenit, Sed nomen domini inuocauit,& exauditus est.Illam autem admirabilem patientiæ vocem, aliquando dedit.Si inuenero gratiam ĩ oculis domini reducet me, sin dixerit mihi,non places,prẹstò sum: faciat mecum,quod sibi bonum visum fuerit.Quid de integerrimo probo & religioso viro Iob dicam?qui omnibus fortunis huius vitæ spoliatus,orbatusq; liberis sese in terrã posternẽs deũq; adorans dicebat,Nudus egressus sum de vtero matris meẹ:nudus etiam illûc reuertar. Dñs dederat,& Dñs abstulit, laudet̃ nõmẽ dñi:cũq; pessimo vulnere percussisset eũ Sathanas,testaq;,saniẹ̃ raderet,sedẽs insterquilinio dicebat,Si bona suscepim⁹ de manu

Ps.118. 119

Hæc est vox verè mortificati & se abnegantis.

2.Reg.15.

Fides & patientia Iob in aduersis.

Iob.1.2.

Prospera & aduersa à Deo.

eſt,& ſicut agnus corã tondente ſe obmutuit,nec aperuit os ſuũ. Hoc autem Apoſtoli de Chriſto interpretati ſunt. Non hîc ergo Perſarum gazas, tecta magnifica, varia voluptatum genera, honores,vel Imperia:Sed crucem potiùs,calamitatẽ, contemptum, & fortunarum ereptionem expecte mus.Chriſt9 enim grauia perpeſſus nobis exemplum reliquit: vt veſtigia ipsîus inſequeremur.Qui cùm eſſet Innocentiſsimus, multa tamen ab impijs pertulit,cùm ma ledictis laceſſeretur, non reſpondebat:cùm malis afficeretur non minabatur:ſed ſemp omnem vltionem patri relinquebat.Imò verò pro hoſtibus ſuis, cæcitatis eorum miſertus,obſecrauit. Nos igitur diſcamus illîus exemplo, mortificationem in corpore noſtro circumferre, abnegare nosmet ipſos:Tollere ſingulis diebus cru

Acto.8.

1.Pet.2.

Chriſtus exemplũ noſtrum.

Eſa.53.
Luce.23.
2.Cor.4.
Colo.3.
mat.10.16
Luc.9.

cem noſtram,ſequi veſtigia Chri
Deut. 32. ſti :vltionem omnem Deo iuſto,
Roma. 12 æquo & vero vltori relinquere:
neq; ſuperari à malo, ſed potiùs
in bonis operibus malum ſupera
Iaco.1. re:in delicijs habere, quoties in
Tentati o tentationes varias inciderimus,
coronam quoniam cùm probati fuerimus,
affert. coronam vitæ accipiemus:quam
pollicitus eſt dn̄s diligentibus ſe.
Hoc eſt præmium ampliſsimum,
quod ſub inuolucris & metapho
ris multis Dominus nobis propo
nit:Quod nō aſſequemur niſi bi-
Math.20. berimus calicē domini. Vnde in-
telligimus neminem coronatum
iri,qui nō priùs intrepidè ſtrenué-
q; certauerit, Proptereà & Chri-
2.Timo.2 ſtus beatos pronunciat eos, qui
Math. 5. perſecutionem patiūtur propter
iuſtitiam,quoniam illorum eſt re
gnum cœlorum. Libenter igitur
in infirmitate noſtra gloriemur.
2.Cor. 11. Scimus enim quod afflictio pa-
Rom.5.

tientiã pariat, patientia probationem, probatio verò ſpem, ſpes verò non confundit. Verùm non eã à nobis Domin9 hylaritatem poſtulat, quæ omnem acerbitatis dolorisq́ue ſenſum tollat: hoc certè eſſet omninò hominem exuere, nihil graue ĩ egeſtate pati: in morbis nuſq̃ cruciari, nullis dedecoris pũgi ſtimulis, mortẽ nõ perhorreſcere. Nulla enim eſſet ſanctorum patientia, fortitudo, aut moderatio, ſi eiuſmodi doloris & ęrumnę ſenſu non tangerentur: ſed in eo claret eorum fortitudo, ſi in tentatione forti añimo reluctentur, ne intemperantiæ ſuccũbãt. Horum alacritas ſeſe profert ſi triſtitia, & mœrore vulnerati, in diuina dei conſolatione acquieſcant. Si cùm in huiuſmodi rebus aduerſis verſantur, diſcant diuino auxilio nihil eſſe prçſentius. Et dicant cum Apoſtolo, In omnib9

Gaudiũ piorũ luctum & dolorem nõ omnino tollit.

1. Cor. 4.

cruciatu, patientiam constanter tueamur: voluntatem Dei sequamur, eius nos prouidentiæ subijciamus: & dicamus cum Iob, Sit nomē domini benedictum. Inter ipsos etiam doloris stimulos inter gemitus & lachrimas, Interueniat meditatio diuinæ voluntatis, quæ nunq̃ non iusta esse potest. Hęc est præcipua tollerandæ crucis ratio, vt manu Dei per afflictiones nos exerceri intelligam⁹, & Deo in hac p̄te obtēperem⁹, qui oīb⁹ in rebus Iustitiā, & æquitatē, custodit: Quique salutis nostræ curā gerit. Si quando nos dolores, & morbi occupāt, ab eo oēm salutē & incolumitatē expectemus. Si graui egestatis onere premimur, ab eo bonorū oīm copiā speremus. Si varijs curis, et molestijs perstringimur: Si vīculis et carcerib⁹ detinemur: Si deniq; vllis ī rebus labor est, ab hoc nr̄o liberatore

Iob.1.2.

Heb.13.

Ps.17. 39. 88.

1.Pet. 2.5.

Adeo oīa bona petenda & expectanda.

& patrono opem,et auxiliũ postu lemus. In his omnib9 Incõmodis in parentũ etiam, vel liberorum nostrorum funere,cogitemus nihil nisi nutu,ac prouidentia diuina,humano generi contingere. Nos verò fateamur grauiori supplicio,ob delictorum magnitudinem esse dignos.An non æquissimum est carnem nostram domari,& veluti Iugo assuĕfieri,ne libidinosè (vt est illius natura, & ingenium)superbiat?Obluctari verò diuinis fatis,& in afflictionib9 obloqui,iniquum & nefas est.

Mat.6.10

Quid boni afferat cruciatus

Quandoquidem dum Dominus his crucibus, talibusq́; aduersitatibus,vt est pater clementissimus, nos premit, peccata nostra punit, & saluti nostræ consulit, in probationem fidei, & augmentum omnis virtutis, vtq́; ad adeptionem cœlestis hæreditatis, salutis, & vitæ æternæ nos impellat.

Varias vtilitates habet afflictio.
Ps.88.
Heb.13.

Quod si salutares nobis tribulationes esse constat: Cur non cõstanti animo eas suscipimus? cur non eas patienter ferimus, atque in gratiarum actionem cum omni lætitia prorrumpimus? Discamus his angustijs, & assuescamus per præsentis vitæ contemptum, ad futuræ beatitudinis meditationem excitari, torporem excutiẽtes, ne nimiùm huius mundi amori tenaciter inhæreamus: Sed ad cœlestem immortalis vitæ hæreditatem, toto vitæ curriculo asspirem9. Et enitamur patri optimo maximo toti adhærere: & illius opem sperare, qui vel à grauissimis periculis eruit sperãtes in se, nec sinit eos demisso esse aĩo.

In afflicti onib9 cœlestia quęrenda. Colo. 3.

Ps. 16. 31. 32. 51. Prob. 3.

Est & operæprecium, virgam eorum perferre, qui nobis præsunt: quorum officium est vigilare, reipublicæ inseruire, Iustitiam & æquitatem exercêre: Ad

id nos hortatur his verbis Apostolus, Obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationẽ pro animabus vestris reddituri. Eos igitur suscipiamus, eos & honore prosequamur, quos nobis præfecit dominus: Dignosq; existimemus, quibus vel dicto nos obedientes præbeamus. Ne quid eorum dignitati, aut authoritati derogemus. Nam præsbyteros qui benè præsunt duplici honore dignos esse censet Apostolus. Cùm sint ipsi patres, & domini, iudices, pastores, speculatores, rectores, Angeli, Imò & dij nuncupentur: Horum celsitudine atq; authoritate nostros animos perculsos esse oportet: Quibus Deus augustissima, diuinaq; nomina communicauit: suumq; honorem illis est impartitus, quò sui fulgoris participes faceret: vtq; omnibus suspi-

Heb. 13. Maioribꝰ & pręposiitis obtemperandum.

1. Timo. 5 Rectorũ sublimitas ex eorum nominibꝰ ꝑpenditur.

ciundi essent. Quapropter abhor reat vniuscuiusq; anim⁹ ab illorũ contẽptu: Neq; ꝑ cõtumeliã, à legitima subiectione nos substrahi patiamur. Quoniã magistratibus, in his potissimũ, quę ad sedandos reipublicæ mot⁹, ad pacẽ retinẽdã, & æquitatẽ custodiendã, pertinẽt, obtẽperandũ est: q̃ Dei negotium agunt. Non est enim potestas nisi à Deo, quæ ergo potestates sunt, à Deo institutæ proficiscuntur. Itaq; quisquis principi, aut magistratui suo fungenti officio resistit, is Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, Deo autori repugnant; & meritò durissimum iudicium sustinebunt, & grauiores pœnas ipsi luent. Pariter & ecclesiæ præfectis, cùm suo fungunt officio, salutiq; nostrę cõsulũt, parẽdũ est: vigilãt enim pro aĩabus nostris, tãq̃ rõnẽ reddituri. Porrò baculũ crucis, & passionis

Magistratib⁹ est obediẽdũ. Roma.13. 1.Pet.2. Sapien.6. Qui authoritate publica prędíti sunt Dei vices gerunt.

Heb.13.

Crux ferendã.

dominicę, Chriſtianos ſufferre, & in manib9 geſtare neceſſe eſt. Hic enim eſt baculus infirmitatis, ſenectutis, & peregrinationis noſtræ. Hoc baculo Xp̄us nos à Leonib9, à miniſtris tenebrarum, à peccatis, atq; à damnationis æternæ periculo eripuit, & liberauit. Huius baculi virtute, animo deiecti ſubleuamur: veteri homini auxilium damus, carnis infirmitati ſuccurrimus, tyrannum Sathanam, & impiorum ſpirituum furias fundimus. Gloriemur igitur in hac cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt animæ noſtræ ſalus, fœlicitas, gloria, deſyderium, ſpes dulciſsima, Anchora ſacra: finem deniq; ſalutis noſtræ, hanc eſſe crucem credam9. Hinc enim oritur noſtra redemptio, abſolutio, purgatio, reconciliatio, noua vita, pręſidium, ſecuritas, omnium bonorū copia & diuinę benignitatis abundātia.

Quos p crucem fructus, Chriſtus attulit.

Gal. 6.

Ephe. 1. Colo. 1.

In hac cruce, omnes diuinæ bonitatis thesauri sunt recōditi, in hac salus nostra, gaudium, & pax sunt reposita: qua & tandem ad paternam cælorum hæreditatem peruenimus. Huius itaq; vnius amore infirmitates, & pericula omnia libenter feramus, atque in virga & correctione paterna, consolationem accipiamus. Ad istam verò virgam bono animo perferendā, ad quascunq; res aduersas æquo animo sustinendas, nos plurimùm iuuabit mensa domini, de qua versu proximo Propheta loquitur

A cruce Christi omne bonum oritur.

Dicens.

Parasti in conspectu meo mēsam, aduersus eos qui tribulant nos.

medite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis. Derelinquite imperitiam, & viuite: & incedite in via intelligentiæ. Hæc domus in qua extructa eſt menſa, Eccleſia dei eſt. Menſa verò referta, & ſplendida, ſacroſancta eſt ſcriptura: quæ verbum domini delicatiſsimum animæ cibum continet: Quo mẽs augeſcit, & animus, maiores accipit vires: & cœleſti gratiâ impingatur, & dilatatur. Quò etiam fortiores efficimur aduerſus eos qui nobis moleſti ſunt. Sed priùsquàm de hac menſa dicere agrederer, de hoſtibus qui tribulant nos, ſi pauca prȩfarer operæprecium me facturum putaui. In his certè tenebris huiuſce mundi, pugnandũ nobis eſt, cùm Dracone malorum omnium auctore: qui maximis furiarum & Dæmonum copijs circumſeptus incedit. Iſte princeps huius mun-

1. Tim. 3.
Heb. 3.
Ephe. 6.
Ioh. 6.

di Serpens antiquus, Draco magnus, rufus habens capita ſeptem, & cornua decem, Diabolus, Sathanas, qui ſeducit totum terrarũ orbẽ, qui proiectus eſt, Aſpis, Baſiliſcus, Leo rugiens, atq; calũniator nuncupatur. Quò quid hominum generi formidabilius, aut magis impiũ excogitari poteſt? Cum hoc igitur Dæmonum exercitu, dolis & fraudibus inſtructiſsimo, nobis certandum eſt. Hi ſunt nequiſsimi ſpiritus in hominum perniciem conuerſi, qui carnis noſtrę prauis cupiditatibus, & hominum nequitiâ, verſutiâ, et fallacibus ꝑditionibus, ita abutũtur: vt nullus omninò nobis ſecuritatis locus relinquatur. Neq; verò parùm eſſe vincere aut vinci in hoc certamine exiſtimemus. Nam ſemel agitur de ſempiterna animæ ſalute, aut damnatione. Quocirca neceſſe eſt militi Chriſtiano, vt conſtã-

Ap. 12. 20.
Ephe. 4. 6
Apo. 12.
Pſal. 90.
1. Pet. 5.

ti & forti animo ſit aduerſus Sathanam, fretus auxiliatore Domino, & potēti fortitudine eius: vtq́; induat armaturam Dei, vt poſsit ſtare aduerſus inſultus Diaboli: & reſiſtere in die mala. Stet igitur lū bis circūcinctis, balteo veritatis, & indutus thoracem iuſtitiæ, calceatus pedibus, vt paratus ſit ad Euangeliū pacis: ſuper omnia verò aſſumat ſcutum fidei, quo poſſit omnia iacula mali illius ignita extinguere: galeamq́; ſalutis accipiat, & gladiū ſpiritus, qui eſt verbum Dei. Sathan perditiſsimus ille hoſtis, ſagittas diffidentiæ; & noxiarum cupiditatum, prauorumq́; affectuum ardore ſuccēſas, in nos detorquet, iaculatur, & immittit: quas ſyncera indubitataq́; in verbum Domini fide facilè depellem⁹. Hoc clypeo flagrantes ſtimulos, ventris mala deſyderia, fœdas cupiditates haud dubiè reijcie-

1. Pet. 5.
Ephe. 5.
1. Teſ. 5.

Quibus armis munitū eſſe oporteat militem Chriſtianum.
Heb. 4.

Quæ ſint ſagittę hoſtium.

Clypeus fidei depellit tela aduerſariorum.

mus:auri & argenti rerumq́; mortalium inſatiabilē ſitim reſtinguemus, Diramq́; regnandi, ac dominandi cupiditatem, omnemq́; ſuperbiam vitæ ſuperabimus. Verbo autem Domini, vt gladio vtamur ad Sathanam iugulandum, & proſternendū. Hoc enim dei Euāgelium virtus Dei efficax eſt, ad omnes damnatiſsimos hoſtes fundendos, ad ſalutem conferendam, & ad turbatæ conſcientiæ tranquillitatem. Quemadmodū enim Chriſtus, ad omnem Diaboli congreſſum, cùm ab eo tētaretur, educebat verbum Domini, hoſtisq́; conatus acerrimos hoc ſpiritûs gladio confringebat. Sic nobis in hac menſa conſiſtendum eſt, vt ſpiritus gladio accincti, & adhærentes præceptis Domini, aduerſus omnes hoſtium inſultus reddamur intrepidi, & per ſcripturarum authoritatē inuicti. Ita fiet,

Ro.1.

Tentatus Chriſtus ſcripturis Diabolū ſuperauit Math.4. Luc.4.

vt neque mundi huius voluptates, neque carnis illecebræ, neque vlla hominū improbitas, nos vincere poſsint: neque etiam Diabolus ipſe, cum omnibus ſuis copijs armatis, munitos hoc gladio ſuperabit. Hac framea omnes carnis illecebras abſcindemus, & hoſtes noſtros nequiſsimos dęmones trucidabimus. Quod ſi exurgant aduerſus nos Hæretici, Sciſmatici, & Apoſtatæ noſtræ fidei, non præualebunt. Accedamus itaque ad mēſam ſacrorum eloquiorum, & id genus inuitis hominibus, in hac menſa cibo potúque cœleſti reficiamur. Sed de ſacro pabulo verbi ſermonisq; diuini, primis huius Pſalmi verſiculis, paulò fuſiùs diſſeruimus. Quamobrem nobis nō eſt diutiùs in hac parte immorandum. Super eſt igitur, vt de pabulo longè nobiliori, quod ſuper hanc menſam nobis apponitur,

Victoria verbi Dei cōtra mūdum, carnem Diabolum.

ea, quæ Dominus pro ſua clemē-tia ſubminiſtrauit, nunc dicamus.

De ſacro Euchariſtiæ ſacramento, præcipuo animæ cibo, quem Dominus in poſtrema cœna præbuit & inſtituit.

Caput uigeſimum ſextum.



SVper hanc menſam ſacratiſsimi corporis, & ſanguinis Domini viuificus & ſalutaris cibus nobis apponitur. Hic eſt dulciſsimus animæ paſtus, & conſcientiæ afflictæ conſolatio. Qui hoc cibo piè
Ioh.6. veſcitur, paratam ſibi vitam æternam habet. Hoc eſt ſaluberrimū noſtræ

noſtræ ſalutis,noſtræq́; peregrinationis viaticum: ad quod ſyncero animo,& pura mente, vt reficiamur,properãdum eſt. Non eſt vulgaris hic panis:ſed ſacer,cœleſtis, quem nobis princeps paſtorũ exhibet:vt fides noſtra erigatur, & confirmetur, atq; certa fide ſpes noſtra munita admirabilẽ in cordibus noſtris charitatem accẽdat. Paſcimur quidẽ ſaluberrimis doctrinis:alimur etiam Sanctiſpiritus afflatu potiſsimùm tamẽ ſacra Eucharistia:velut ſpirituali alimento, fame ſitíque iuſtitiæ preſsi ſuſtentamur: cuius immenſa virtute ad æternam vitam peruenimus.Nam quemadmodum panis ſubcinericius Eliæ præ anguſtia animi languenti ab angelo oblatus, multis diebus Prophetam refecit diuina quadam virtute,& enutriuit: donec perueniret ad montem Dei Oreb. Haud ſecùs pater cœleſtis

Mat.26. Mar.14. Luc.22. Communio corporis & ſanguinis Chriſti multa bona efficit.

3. Reg.19 Sicut Elias ab Angelo paſcitur, ita fideles à miniſtris.

Math.2, per Eccleſiæ miniſtros (qui verè Angeli ſunt & dicũtur) nobis Euchariſtiæ cibum, validiſsimum noſtri itineris viaticum præbet: vt hoc ſuauiſsimo paſtu refecti, perueniamus ad immortalitatem, &

Pſal.14. habitemus in tabernaculo Dei, in monte ſancto, & in ſupremo illo beatorum conſortio cœleſtis re-

Ioh.3. gni hæredes requieſcamus. In ba-

Tit.2. ptiſmo quidem ex aqua & ſpiritu regenerati ſumus, inſiti corpori Chriſti, in adoptionem filiorum Dei, & Eccleſiæ ſocietatẽ admiſ-

Per baptiſmũ beneficia multa accipimus.

ſi. Hoc verò Sacramẽto bonus paterfamiliâs ſuauiſsimum precioſiſſimúmque cibum corporis & ſanguinis Domini ſubminiſtrat: quo nos in ea vita educet, & conſeruet, in quam nos verbo ſuo, & ſacro regeneratiõis lauacro genuit.

Pſal. 103. Quemadmodum enim panis ho-

Quod panis corpo

minum vitam cõfirmat, cuſtodit, & retinet: vinum autem præcor-

dia exhilarat: sic preciosus & deli catus hic animę cibus viuificat, & nutrit, mœrentes verò lætificat, ægrotum & sine spe animum valetudini restituit, & vires amissas reparat. Enimuerò medicus ægrotarum animarum, & curator vulneratæ conscientiæ, sacrosanctum corpus suum, quod pro nobis traditum est, in cibum, & sanguinem suum, qui pro nobis & pro multis in remissionem peccatorum effusus est, in potum apponit. Quis igitur desperatione contabescet, si summum & singularem Dei, dominiq; nostri Iesu Christi in nos amorem, in hoc sacratissimo Sacramẽto prospiciat? Quis nõ summâ fiducią erigetur, si Dei filium vnigenitum, carnem & sanguinẽ suum verè nobis communicantẽ intuebitˀ: vt eo cibo viuamus, & reficiamur, nósque secum arctissimè tanquam corporis membra con-

ri præstat hoc in anima effi cit sacra Eucharistia.

Math. 9.

Math. 26.

Quæ occasio nobis gaudij spẽi & securitatis des.

iũgat,& sanctissimè colliget? Nónne vt corpore, quod pro nobis in cruce pependit, vescamur, iussit: vt vescendo illius cruenti sacrificij in cruce pro nobis oblati, vim ac robur in nobis sentiamus? Nónne & sanguinem semel pro nobis in remissionem peccatorum effusum, nobis concessit in potũ? hoc est præclarum illud symbolum amicitiæ, & singularis in nos charitatis exemplum. Quandoquidem humano generi per filium reconciliatus est pater æternus, qui proprio filio eiq; vnigenito non pepercit: sed pro nobis omnibus tradidit illum, & cum illo simul omnia nobis donauit. Hoc est iustitiã innocentiam, sanctitatem, vitam, salutem, & immortalitatem. Nam is qui, quod præcipuum est, amore nostrĩ duct9 donat, cætera quoque, quæ illud præcipuum donũ consequuntur donat. Huius verò

1. Cor. 11.

Rom. 5. 8
Ioh. 3.
Dilectio dei ĩ xp̃ elucet..
1. Cor. 1

tantæ liberalitatis, & munificentiæ, singularisq́; diuini in nos amoris sacramentum, Christus in vltima cœna instituit dicens, Accipite, comedite, hoc est corpus meũ: quod pro vobis tradditur. Corp⁹ ergo, quod semel oblatum est in ara crucis, in salutem nostram accipere, & manducare iubemur: vt viuificæ mortis Domini participes simus. Ex hoc quidem sacramento magnum certè consolationis ac suauitatis fructum colligere possumus. Hic est ille cibus Angelorum, imò verò panis vitæ suauissimus, qui omnem delectationem complectitur, qui de cælo descendit, longè verò nobilior, maiorisq́; ponderis, & virtutis, quàm manna illud ad Israëlitas cœlitus missum fuerit: longè etiam panibus propositionis excellentior, quos profanis manibus tangere non licebat: qui vitam immortalem ijs à

Luc.22.
1.Cor.11.
Psal.77.
Sapiẽ.16.
Exo.16.
Num.11.
1.Reg.21.
Christus præstantior omni figura.

quibus manducatur,præbet. Hic eſt panis,naturæ filiorum Dei ap primè aptus,& conueniens. Vt enim omne animantium genus ali mentum ſibi congruum poſtulat:
1.Petri.1. ita filij adoptionis diuinæ conſor tes naturæ effecti,ſolo pane piſto ricio ali nequeunt. Quamobrem vt in ea,qua ſunt natura regenera ti nutriantur & creſcant, Chriſtus
Ioh.6. verus panis qui de cœlo deſcen- dit,fratribus ſuis filijs Dei ſe ipſum in Euchariſtiæ porrigit Sacramen to.Quid quęſo honorabili⁹,quid ſuauius,quídue prędtātius hac mē ſā humano generi datum eſt? Illā ditiſsimus & liberaliſsimus conui uator IeſusChriſtusnobis parauit: in ea ſacroſanctum corpus, quod pro nobis traditum eſt,& immo- latum, in cibum: & ſanguinem, quem pro nobis in remiſsionem peccatorum effudit in potū exhi bet:in mortis ſuæ & vnici ſacrifi-

tij, quo patrem, supplicium crucis ferendo, placauit, memoriam sempiternam. Quemadmodum Agnus pascalis iuxta Domini mādatum Iudæis fuit sacrum memoriale redemptionis, liberationisq; eorum à durissima & miserrima AEgiptiorum seruitute: ita Pascha nostrum immolatus est Christus: vt nos à teterrima mortis ac vitiorum tyrannide liberaret, saluaret, & redimeret. Ideoq; sacrū hoc mysteriū ordinauit: vt perpetuò meminerim9, nos à potestate Sathanę, & portis inferorū, sanguine hui9 agni īmaculati esse liberatos. Itaq; ipse saluator ait, Hoc qđ me facere videtis posthac et vos faciatis ī memoriā mei. Id verò Apost. aptiùs expressit dicens, Quotiescūq; comederitis panē hūc, & de poculo hoc biberitis, mortē dñi annūciabitis, donec venerit. Meritò cōcinit Ecclesia, O sacrū conuiuiū,

Exo. 12.
Pascha Iudæorum Christū adūbrat.
1. Cor. 5.
Ro 3. 5.
Ephe. 1.
Mat. 26.
Mar. 14.
1. Cor. 11.

in quo Christus sumitur, Domini cæ passionis memoria recolitur, & futuræ glorię pignus datur. Ad hanc igitur mensam quoties accedimus (quod fieri quàm sępissimè deberet) ne veniat in obliuionem quo precio simus redempti: Mortem, quam pro nobis subijt Christus (ex qua nostra salus, redēptio, iustitia, sanctificatio, & liberatio procedunt) iugiter recordemur: neq; excidāt ex animo promissiones illæ domnii dicētis, Qui ederit meam carnem & biberit meum sanguinem in me manet, & egò in illo: Qui ederit me, ipse viuet propter me. Diligēter autem inter cætera cogitemus, participatiōe corporis, sanguinisq; Domini, Christum in nobis, & nos in illo esse: atque adeò verè pręsentem in nobis habitare: vt nos reficiat, foueat, & nostris langoribus medeatur: vt etiam resurrectionis spem

Mors & beneficia Christi in hoc mysterio recolenda.

Gal.1.6.

Manducare carnē Christi & bibere sanguinē magnū fructum affert.

cõfirmet. Propterea dicebat, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitã ęternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Iure igitur hæc caro, quam Dominus ad nos transmittit, viuifica dicitur: nam & vitâ vitali nos perfundit. In eundem sensum etiam dixit, Sicut pater habet vitam in semet ipso, sic dedit filio vitam habere in semet ipso, vt omnis qui credit in eum nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Caro quidem Christi instar fontis est inexhausti, qui vitam, è diuinitate in se scaturientem, ad nos transfundit. Quare corpora nostra, quæ corpore & sanguine Domini, per sacram Eucharistiam vescũtur, ea resurrectionis spe fouẽtur, vt iam non corruptioni perpetuò se obnoxia esse credant: sed vnà cum anima, beata immortalitate olim perfrui certissimè sperent.

Ioh.6.

Christus resurrectiõis author.

Ioh.5.

Corruptũ hoc induẽt incorruptionem. 1.Cor. 15.

In hoc autem ſacro conuiuió, no bis diuina liberalitas exponitur, veráque communio cœleſtiũ bonorum offertur: vt animo & cor-
1.Pet.1. pore, diuinæ naturæ quodammodò conſortes efficiamur. Nam his ſacer cibus ita nos Chriſto coniũgit, adeóq; arcto vinculo nós cum
Rom.8. illo colligat: vt vnus communis ſit nobis cum illo ſpiritus, & ſimus ve
Ioh.15. lut membra iuncta capiti, & veluti palmites in vite, & frondes in arbore. Itaque ex hoc Sacramento colligimus, Chriſtũ ſic nobis cõ-
Rom.12. iunctum, ſitq́; nos illi viciſsim in-
1.Cor.12. ſitos eſſe, adeóq; in vnum corpus cum illo coaluiſſe: vt quicquid ipſius eſt, noſtrũ liceat vocare. Hinc ſequitur, vt nobis ſecuro animo ſpondêre audeamus vitam æternam noſtram eſſe, cuius ipſe eſt hęres. Nec verò regno cœlorum, quod iam ingreſſus eſt, in quo &
Mar.16. ſedet, nos poſſe carere, nec pctõ.

Quid de Chriſto debeamus ſperare.

rum noſtrorũ pondere nos poſſe damnari:ſi tamen illorum nos verè,& ex animo pœniteat:& in illum confidamus,qui noſtra ſcelera ſibi aſcribi voluit, & pro illis pœnas luere,ac ſi ſua eſſent:quãdiu ergo ipſe non damnatur,neq; nos qui in illo manemus dãnabimur.Hæc eſt admirabilis liberalitas,qua ꝓ immẽſa ſua benignitate Chriſtus ſe nobis exhibet.O verè ingentes atq; immenſas myſticæ cœnæ vtilitates,in qua tam ſalutari conſolatione animi noſtri recreantur. Chriſtus ipſe verum Eccleſiæ caput, corpori ſuo deeſſe nec vult, nec poteſt. Adeſt perpetuò Eccleſiæ ſponſæ ſuæ, potentia,virtute, & dotibus innumeris, vſque ad conſummationem ſeculi. Sed veriſsimè,& re ipſa præſens eſt, in ſacra Sinaxi, vbi Miniſter quem miſit Dominus, Dei mandatum exequitur,

1. Pet.2.

Ephe.1.2.

Chriſtus adeſt eccleſiæ sẽper.

Math.28.

dit,& vt ore panis ſpecies,& viſi bile elementum:ita mēte corpus et ſanguinem Chriſti accipiamus: & eo veſcamur in vitam æternā. Neq; in hac myſtica menſa, nudum ſignum dumtaxat agnoſcamus,ſed verā carnem,verum corpus domini,verúmq; ſanguinem, ex intemeratæ virginis ſubſtantia ſuſceptum,ac in mortem traditū, ſanctè hic eſſe credamus:non ſecus ac ſi Chriſtum ipm pręſentem oculis corporeis cerneremus, manibusq; attrectaremus.Hoc enim verbum,nec illudere nec mentiri nobis poteſt,dum ſe exhibet, & ait,Accipite,comedite, Hoc eſt, &c.Hanc ſententiam à Chriſto, & Apoſtolis, catholica Eccleſia recepit,& ita hodie docent qui de fide rectè ſentiunt.Neq; verò illis temerè aſſentiamus, qui de hoc percelebri corporis & ſanguinis domini ſacramento, nihil

Cōtra ſacramētarios pręſentia Chriſti aſſeritur.

1.Cor.11.

auguſtius ſentiunt, quàm de ſignis communibus, & in hac ſacra menſa nuda tantùm ſigna proponi intelligunt, & affirmare audēt. Quod tamen è diametro, luce clariori Dei verbo repugnat.

Mat. 20. Luc. 22. Ad robur animi & victoria hoc myſteriū inſtitutū eſt

Hanc menſam parauit Dominus in cōſpectu piorum omniū, tanquam fortiſsimum quoddam propugnaculum, aduerſus omnes qui tribulant nos. Nam ſemetipſum comedendum exhibuit, & corpus ſuum mādūcari iubet dicens, Accipite, comedite, vt tam precioſo cibo paſti, in dies in eū augeamur, & illi, vt ſummo capiti, in vnum corpus diuini ſpiritꝰ operâ coaleſcamus, & vnîus cum illo ſubſtantię, nobilius quoddam et ſanctius corpus efficiamur. Nā, vt panis ex multis granis fit, vinū verò ex multis vuis fluit: ſic eccleſię corpꝰ ex infinitis mēbris coniungitꝛ: ita vt quāuis multi ſimus

Panis & vinū pulchrè vnitatē myſtici corporis figurāt.

numero:tamen animorũ consensu,& vnâ in Christũ fiduciâ,vnus panis & vnum corpus simus qui de vno pane & vno calice participamus.Quis quæso acrior admoueri poterat stimulus ad excitandam mutuam inter nos charitatem , quàm Christus se ipsum donans?qui non modò suo exemplo docet,vt nobis inuicem mutuam operam demus: Verumetiã quatenus sui corporis omnes participes facit, nos quoq; omnes vnu in seipso efficit,& ad mutuã charitatẽ inuitat.Iã quis nõ videt cõmunionem carnis & sanguinis Christi,necessariã esse oĩbus qui ad cœlestẽ vitã aspirare nituntur? Hãc mẽsam venerant̃ cęlestes spiritus,& ad Christi pręsentiã exultãt.Imprimis verò sctĩ dei hoĩes, (quorũ gratiâ hoc adeò excellẽs sacramẽtũ institutũ est)de thesauro incõparabili,qui eripi nõ põt,

1.Cor.10. 12.

Christus vnitatem præcipuè amat.

hoſtes qui noſtræ ſaluti inſidiantur conſtãtiori animo pugnem⁹. Meritò itaq; pro tanto beneficiò nobis exultandum eſt, cum ſe totum nobis offerat vnigenitus dei filius, & ad noſtram imbecillitatem, diuina bonitas ſe accommodat, vt inuiſibilia & cœleſtia dona, in reb⁹, quæ oculis cerni poſſint queq; ipſis ſenſibus noſtris clarè obiecta ſint, præbeat. Cúmq; corpore & anima conſtet genus humanum, vt corpus viſibile elementum accipit, ita anima, corpore et ſanguine Chriſti veſcitur, in vitam eternam, & fide promiſſionem illam qua carnem ſuam verè cibum, & ſanguinem ſuum verè potum eſſe teſtatur, amplectitur, & vitali pane paſcitur, de quo qui manducauerit viuet in æternum. Non igitur immeritò maligni ſpiritus, per h nc menſam in tremorem adducuntur, &

Per viſibilia ſigna nos ad inuiſibilia ducit dominus.

Ioh. 6.

ad conſpectum illuſtrusſimi regis expaueſcũt. Quamobrem in hac nr̃a pegrinatione, in illã ipſam ſacroſctãm cõionẽ corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti frequenter incumbamus: Donec nobis carceri b⁹ corporis exutis, in cœlum migrãdum ſit, vt veritatis ſpeciem liquidò intueamur, & ſummum il-
1. Ioh. 5. lum optimumq; Deum cognoſca
1. Cor. 13. mus, vt ab eo cogniti ſumus. Hãc menſam ſtrauit nobis ſeruator in cœleſti illa regni ſui hæreditate, vt
Luc. 22. edamus, & bibamus ſuper eã ſumma cum animi alacritate, & maxima bonorum copia. Tunc in trã
Apo. 7. quillitate, & pace epulabimur, &
Eſa. 26. ſuauiſsimè recreabimur, aſpicien-
49. tibus etiam & inuidia tabeſcentibus cunctis inimicis. Quæ enim quæſo à vobis, delitiæ cõferri poſſunt cum iſta iucunditate? O mirificum conuiuium, in quo cęleſtes dapes non in myſterio, ſed in ma

nifeſto ſumũtur. O fœlices, & beatos illos quibus huic lautiſsimę menſę aſsidere datum fuerit, in qua diſcumbunt Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſes cũ Prophetis, Apoſtolis, Martyribus, & infinita ſanctorum turba. Quos circum ingẽs ſtat chorus cœlitum, canẽtium ſuauiſsimè canticum nouũ, & mortalibus inauditum. O infœlices verè, qui tantam gratìs à paſtore ſalutem oblatam contempſerint, et tam precioſi cibi, ac potꝰ adminiſtrationem neglexerint. Sed iam tempus adeſt, vt quo modo à rectoribus, & paſtoribus hęc myſteria ſint diſtribuenda, Paucis perſtringamus.

. Cor, 13.

Math. 8.

Apoc. 7. 14.



conuiuas, vt ad cœnã magnã veniãt, quia Iam parata sunt oĩa. Sit hoc illorũ præcipuũ studiũ, Christum purè, & syncerè proponere, Christũ sic crebris sermonibꝰ annunciare, vt in cordibus credẽtium pœnitus inotescat, & verè formetur: hic est verus panis ille cœlestis, qui dat vitã mũdo: Cuiꝰ est nutrire, confirmare, delectare animas nostras. Eá enim ratione ex alto cœlorum domicilio descendit, vt nos enutriat, vt in gratiâ sua stabiliat, vt in fide & charitate firmet: hoc est viuificũ illud ꝟbũ patris, oĩs vitæ fons, & origo: vnde oẽs vitam imprimis æternã accipimꝰ, hãc vitã beati in ęternitate sine fine sumũt: & per Christũ in ea sine vllo mortis periculo cõseruant. In Christo vitã credamꝰ nos habituros: hęc summa cũ simplicitate, fide, & prudẽtia, proponant rectores Ecclesijs quibus

Math. 22. Luc. 14.
Christus syncerè prędicandus.
Ioh. 6.
Ioh. 1.
Ioh. 3. 4. 5. 6. 11.
Apo. 7. 21
Esa. 49.

prę̨ſunt:Et ſacratiſsimũ corporis et ſanguinis Dñi ſacramẽtũ quod Dñs noſter Ieſus pridie q̃ pateret reliquit,fideliter miniſtrent : hoc verò oſtendãt eſſe ſymbolũ eximiæ illius in nos charitatis, qua Deus per filiũ humano generi recõciliatus eſt:hoc eſt ſignũ pręcipui Chriſti in nos amoris.Qui cũ eſſet primogenitus,Imò vnigenitus æterni patris filius,hæres vniuerſorũ,per quẽ facta ſunt ſecula,cùm eſſet ſplẽdor paternæ gloriæ,expreſſa Imago diuinæ ſubſtãtiæ,portãs oĩa verbo virtutis ſuæ, voluit tamẽ ex pura, intemerata, & benedicta virgine carnem noſtram aſſumere, & per oĩa nobis ſimilis fieri,frater noſter dici & eſſe,vt verus inter deũ & hoĩem mediator verusq; põtifex, & ſacerdos eſſet.Qui quod ex nobis accepit, hoc eſt humanæ carnis formã,obtulit ęterno patri,& ſe-

Roma.5. Ioh.3. Heb.1. Ioh.1. Chriſti dignitas & excellentia. Math 1. Luc.1.2. Heb.2.4. 1.Timo.2 Heb.4.5.7.8.9.

ipſum expoſuit ſupplicio crucis, vt hac ſctã hoſtia,& victima fragrãtiæ verè ſuauis patrẽ ex offenſo nobis redderet ꝓpitium. Itaq; corp⁹ ſuũ morti tradidit, & ſanguinẽ ſuũ in preciũ noſtrę redẽptionis effudit: vt vnicã & æternã pro pctis oblatione noſtrã oĩum ſalutẽ adipiſceret, et ꝑficeret atq; oẽs à peccatis purificaret. Neq; enim alia via nobis ſalus, & vita, aut peccatorum expiatio dari poterat: nam ſine ſanguinis effuſione nõ fit remiſsio. Voluit autẽ hui⁹ ſacratiſsimę mortis memoriã ꝑpetuò in Eccleſiã manere, Ideò in ea nocte qua ꝑ diſcipulũ Iudã ꝓditus eſt,& à Iudæis captus, Accepit Ieſus panẽ et gratijs actis fregit, ac dixit: Sumite edite, hoc eſt corp⁹ meũ: Quę ſunt ꝟba largiẽtis,& ſe ipſum exibẽtis. Quemadmodũ em̃ Chriſtus cõmunicauit carni noſtrę & ſanguini, ita nos

Oblatio Chriſti noſtrę ſalutis cauſã ꝑfectã Ephe.5. Roma.8. Heb.10.

Acto.4. Heb.9.

1.Cor.11.

Heb.2.

Neq; enim Christum ritè & in sa lutem manducamus, nisi crucifixum: Nam vim mortis suæ ex animo nos apprehendere cupit, vt intelligamus sua morte, mortem nostram absorptã, & mortis aculeũ hoc est peccatum, atq; ipsas inferorum portas, destructas, euersásq; esse: nostram quippe mortem nostramq; maledictionẽ in se transtulit, vt nos sua benedictiõe perfunderet suæq; immortalitatis consortes haberet. Idcircò sui corporis vnicum sacrificiũ fecit, séq; cum omnibus bonis suis, æterno patri obtulit. Nos itaq; pro tàm immẽsis quę à diuina liberalitate, & munificentia suscepimus, beneficijs, próq; tot præmijs nobis propositis, ac constitutis, religiosè oportet, cum omni laude & gratiarum actione, venerandum hoc & preciosum Sacramentum sumere, Quod & Eucharistiam vocamus,

Quid sit Christũ ĩ salutẽ mãducare.

1. Cor.15.

Gal.3.

1.Pet.1.
Heb.9.10

Ingratitudo euitãda.

Eucharistia quid sit.

Hoc est gratiarum actionẽ. Vt verò cõmodius gratias agere possimus, operæprecium est nos eius quẽ laudare volumus, aut cui gratias agere instituimus verã cognitionem habere. Dent ergo operã pastores, vt Christi laudes, & beneficiorum quæ in nos contulit magnitudinem intelligant, & quæ Christus in cõmodum nostrum egit probè cognoscant. Vim hui9 Sacramenti pro dignitate discutiant, neq; in elementis aut sensibus externis diutiùs immorentur, sed altiùs mentem erigere contẽdant. Christíq; præsentiam (quam nemo oculis corporeis intueri, aut sensibus carnis perspicere potest) oculis fidei, diligenter & altâ mente percipiant. Potissimùm verò hujusce spiritualis & immortalis pabuli fructus, & cõmoda sentiant, vt maiori cum suauitate, & ipsi reficiantur. Et Christianos

Beneficia Christi recolenda.

Non sensus sed fides ĩ hoc mysterio consulatur.

ad mensam istam delitijs spiritualibus refertissimam ardentiùs inuitent, & ad fructus tanti mysterij percipiendos vehementiùs excitent. Imprimis Christi filij Dei omnipotentis (qui summa est virtus, sapientia, & veritas) institutionem, mandatum, & verba simplicissimè proponant: Christumq; præsentem nobis in hac mensa dari atque exhiberi doceant, & constantissimè prædicent. Diligenter hortentur, vt omnes fidei & veritati quæ labefactari non potest, pareant. Nam si præclarum illud solis sydus, radijs in terram micantibus, generandis telluris frugibus, & arborum fructibus, vim suam, suamque quodam modo substantiam infundit: Cur inferior erit Christus verus Deus, qui cœlum & terram implet diuino numine, Cui & data est omnis potestas in cœlo & in terra,

Inuitandi sunt fideles ad istá mensam.

1.Cor.1.
Ioh.14.

Argumẽtum à simili.

Hie.23.

Mat.28.

& ouium,
non surrexissent.

Qua reuerentia oues, ad istam lautissimam mensam accedere debeant, & se ad tanti Sacramēti sumptionem præparare. Caput uigesimum octauū.



AEc mensa, vt diximus, dapibus cœlestibus & dulcissimis poculis doctrinæ spiritualis refertissima est. Quamobrē ad sanctissimam istam mensam fideles auidè, & alacriter properēt: vt reficiantur. Ad hanc festinent, non vt corporis, sed mentis, & animæ

Mensa Domini ĩ qua reficimur & nutrimur.

samen expleant:in lectionem san
ctorum Bibliorum, in rerum di-
uinarum cogitationē,toto pecto-
re incumbāt:verbum Domini at-
Ioh.5. tentiùs audiant,legant, & scruten
1.Tim.4. tur. Hic enim est vnicus,& salu-
berrimus animorū cibus: de quo
fusiùs superiùs tractauim⁹. In hoc
igitur pluribus nō immorabimur.
Ad suauissimi verò & preciosissi-
mi illius cibi sanctissimi corporis,
& nobilissimi sanguinis Domini
contemplationem,transeamus:&
qua ratione illud assumendum sit
differamus. Neq; enim ad hanc
mensam licebit illotis,quod aiunt,
manibus accedere. Itaq; quisquis
1. Cor. 11. ederit panem hunc,vel biberit de
poculo Domini indignè,reus erit
corporis,& sanguinis Dn̄i:hoc est
graui crimini se reddet obnoxiū,
qui corpus & sanguinem Domini
non ea reuerentia tractauerit, vt
ille tractari iussit,& dignus est.Vt

Graue scelus venire ad mensam Dn̄i indignè.

enim cib9 corporeus, aut ipſa medicina etiam ſaluberrima, vbi ventrem offendit vitioſis humoribus occupatum, ſæpenumerò minimè prodeſt, ſed potiùs nocet, quàm nutriat: ita cibus hic ſpiritualis, ſi in animam inciderit malicia & improbitate labefactatam, potiùs illam vitiat, & cum maiore damno præcipitat, quàm ædificet, nō ſuo quidē vitio, ſed quia flagitioſis, & infidelibus viris nihil mundū eſt: quālibet alioqui licèt ſanctificatū Dñi benedictione. Cogitent oēs hoc cœleſte conuiuiū diuinitùs à Dño inſtitutū, nō vētris gratiâ præparatū fuiſſe. Nā ipſe Dñs cū oīb9 bonis ſuis ſeſe nobis edendū, & bibendū offert, non vt corpora, ſed vt animas paſcat. Qui ergo in hac cœna, non vt decet, edunt, aut bibunt, grauiter peccant: neq; verò in nudis ſignis peccāt: ſed ipſi corpori & ſāguini Dñi iniuriā faciūt.

Medicina nō prodeſt niſi diſpoſitis.

Rom. 14. Tit. 1.

Chriſtus cibus eſt aīæ non corporū.

& profanāt:& ſordida & impura mente,velut atrocioribus flagellis dillacerant, vt maximo dedecore ipſum Chriſtum afficiant.Iam verò ſi in aliquo precio, & honore eſſet apud nos is,qui ſeſe offert nobis,quíq; memoriā ſuî, ſacris ſymbolis adhibitis religioſè animis noſtris inſculpere optat,& conatur: ſumma certè cum fide,& reuerē-tia ad hanc menſam accederem9. Si ſacroſanctum hoc munus nobis oblatum à Domino,& porrectū, quod omnem munificentiam & liberalitatem facilè ſuperat, animo noſtro charum eſſet: ſummo certè cum deſyderio, animi alacritate, & omni gratiarum actione, illud ſuſciperemus: & ea omnia quæ Chriſtus iuſsit, omni cum humilitate & honore perficeremus: quæ qui non faciunt, apertum de ſe argumentum præbent, quod Chriſtum contemnant. Itaq; rei

Dignitas tanti Sacramenti eſt perpē denda.

fiunt corporis & sanguinis Domi ni,qui corpore suo cruci affixo, & effuso sanguine nunc ad dexte ram Dei patris sedet : atq; in hac mensa præsens agit,versatur & ac cumbit.Cuius mors his qui in illa sacratissima mensa indignè manducant,& delicatissimum hunc ci bum illoti capiunt,non ad salutē, non ad vitam,non ad mentis satie tatem cedit,sed tanquàm peruersè manducantibus, ad exitium perpetuum,& interitum æternum.

Mar.16. Ro.5. Psal.109. Mysteriū ad vitam īstitutum indignis mors est.

Qua in re nulla culpa cibi deprehendi potest, sed maximum scelus est eius qui non ea, qua decet, præparatione manducat.Quid au tem nos agere oportet,vt non indignè corporis Christi participes fieri possimus,paucis indicat Apo stolus dicens,Probet homo se ipsum,& sic de pane illo edat,& de poculo bibat.Proinde probant se qui in se descendunt, quiq; sua sa

1. Cor. 11. Probare se ipsum quid sit.

cta considerant, suæ ipsorum infirmitatis conscij, & secum reputant, an ex imo pectore Christum seruatorem suum agnoscant: quíq; fideli mente expendunt, quid Domin9 instituerit, quàm magnũ sit redemptionis hoc preciũ, quãtęq́; dignitatis & vtilitatis pręsens mysteriũ. Qui igitur ad hoc Sacramentũ accedunt, vt illud sumant, & celebrent mortis Dòmini memoriam: probent ante omnia qua fide sint erga Christũ, vt in posteriori epistola ad Corinthios ait Apostolus, Vos ipsos tentate nùm sitis in fide, vos ipsos probate. Nũquã veniat in obliuionẽ quo precio simus à pristinæ vitę vitijs redẽpti. Spes nr̃a ĩ Dñm erigẽda est, & charitas in proximũ exercẽda: hoc est em̃ Sacramentũ vnitatis, & pacis. Ideò si qua in re fratrem offenderimus, studeamus vnà recõciliari, & cum illo redire in gratiã,

Fides primùm ꝓbanda.

2. Cor. 13.

1. Cor. 10

Charitas ꝓximi necessaria.

At cum omnibus fidelibus in vni
Ro. 12. 13. tate corporis benè conuenire.
Qui enim diuiſi ſunt diſtractíq; à
fratribus, hoc eſt Chriſti mēbris,
partem in Chriſto nullam habēt.
1. Cor. 12. Nam quemadmodum mutuū videmus auxilium membrorum in corpore: ita viciſsim fratres oēs inſtar membrorum noſtrorum habemus, quos velut membra fouere, tueri, & iuuare cupiamus. Deinde probemus, ſi animus adhuc ęſtuat diris cupiditatibus, vel pecuniæ ſtudio, iræ, odij, aut honorū ambitione, et hæc omnia tanquā abſurda & ſordida exuamus. Cū hoc Sacramento non niſi ad omnem virtutem, ad bona opera, & vitæ puritatem inuitamur: vt innocētiæ, & ſanctitatis amore, ſtudioſè ad Chriſti imitationem, ne nimia ſcelerum licentia nos ab eius corpore ſeiungat, aſpiremus. Qui ergo ſomno, libidini, odio, auari-

Eph. 4.
Gal. 5. 6.
Expurgā da cōſciē tia ab oī fœditate.
Iac. 1.
Sacra Eucharistia nos ad omnē ꝓbitatē inuitat.

tiæ, cæterísq; huius vitæ mortalis voluptatibus inseruiunt, nó priùs ad hanc mensam accedant, quàm verè & ex animo eos pœnituerit. Conuertantur priùs ad Dominú, & mala studia derelinquant, desinant mala sectari, discant benefacere, vt cum gaudio & animi læti tia fructum è sacra mensa capiãt: & cœnæ dominicæ participes fiãnt: vnde salutem, non condemnationem assequantur. Nam quod ád vitam institutum est, ingratis, malis, & infidelibus ad interitum cedet. Dabunt profectò supplicíú mortis Domini, qui, cùm se in omni vitiorum genere volutent, temerè tamen audent cœnam Domini mãducare, quod quidem peccatum est omni animaduersione dignum. Nã qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corp9 Domini: hoc est, non altiùs in aĩo

Esa.1.55.

Pœnitentia præcedat.

1.Cor.11.

reuoluit,nec vt decet,magnitudinem & excellentiam muneris propoſiti perpendit. Deuoto igitur pectore,& cum timore ad ſacram communionem accedamus:ac diligenter obſecro quid nobis proponatur,quis ſit, & quibus ſe ipſum exhibeat Chriſtus, cogitemꝰ & perpendamus.Neq; tamen verbis Apoſtoli nos eò vſque terreri oportet, vt illis exterrriti à menſa Domini prorsùs abſtineamus.

Chriſti dignitas & noſtra indignitas conſideranda.

Quemadmodũ enim clementia & beneficentia Dei eatenùs commẽdanda eſt hominibus, ne abutentes in peccandi licentiam conuertant:ſic iuſtitia & ira Dei eo modo doceri debent, ne quis nimio metu correptus ad deſperationẽ redigatur,ſic & huius Sacramenti dignitas,ita efferenda eſt, vt illam ſuſpiciamus,veneremur & genua ſubmittamus, atq; proſternamur ante conſpectum Domini ſaluato

Quo modo iudicia & dei benignitas docẽda ſint.

Pſal.94.

tis nostri, capita coram pastore & pōtifice nostro inclinemus: vt ab eo benedictionē suscipiamus, & quibuscunq; modis testemur nostram abiectionem corā Deo rerum oīm parēte, & Christo redēptore nostro. Intereà tñ optima fide, suspiremus ad Dñm Deū nostrum, verè esuriamus, & sitiamus iustitiā: cupidos nos salutis & vitę ęternæ præbeamus. Qui se peccatorum pōdere grauári sentiūt, oī cunctatiōe abiecta, ad mēsam istā dominicā properantes accedant, vt sancta carne Dñi & spū Christi alantur: & ex precioso illîus sanguine verè sitim expleāt. Nisi em̄ aīe nōstræ in hac peregrinatione hoc cibo fuerint eductę, nequaq̄ vitā sunt habituræ: sed necesse est vt miserè et calamitosa fame peāt. Neque nos iudicium & sententia Domini in eos qui indignè manducant, adeò deterreat, vt omnino

Cū oī humilitate & fide ad sacrū hūc cibum accedendū

Math. 5.

Viaticū nostrū.
Iohā. 6.

à tam ſalutari cibo abſtineamns. Quamuis enim eam animi puritatem, & candorem, eum deniq; deuotionis ardorem, quem à nobis requirit Chriſtus, quemq́; eius meruit maieſtas & præſentia in cordibus noſtris minimè ſentiamus. Nequaquam tamen de clemẽtia Dei, & bonitate nobis diffidendũ eſt: Sed freti illius clementia, cũ ſumma fiducia ad thronum gratiæ accedamus, vt miſericordiam omnẽ conſequamur: quæ nobis peccata noſtra cõdonet, & in auxilio opportuno, gratiam, quæ nos cœleſtibus bonis inſtruat, inueniamus. Sed hanc diuinam gratiam proximo verſiculo duplici cõparatione fuſiùs tractabimus. Quid igitur noſter regius propheta ſubiũgat, audiamus. Impinguaſti in oleo caput meum, & calix meus inebriãs quàm præclarus eſt.

Peccatores fiduciam erigant.
Pſal.5.50.
Heb.4.

De effusa in nos spiritûs sancti gratia, quæ olei & vini metaphora aptissimè significatur.

Caput vigesimum nonum.



Piritus sanct9 rectè vnctio sacra in scripturis appellatur: eius verò munera olei nomine optima ratione significãtur. Nam vt oleo facies vncta se hylarem ostendit: Corpus etiam nutritur oleo, & pinguius efficitur: vulnera curãtur, multis langoribus medicina datur, & variæ ægritudines depelluntur: Sic etiam nos gratiâ spirit9 sancti, & misericordia Dei exhilaramur, & fouemur: à mœrori-

Eccle.38.
1.Ioh.2.
Esa.61.
Ps.44. 88
Eze.16.
Math. 25.
Ps.103.

actibus suis veterem hominem exuentes, ab infœlici peccatorum langore incolumitati sunt restituti, Atque à miserrima hostiũ nostrorum seruitute, in summam libertatem vindicati. Sed quis omnes huius olei, quod rerum omnium dignitatem & vtilitatem facilè superat, proprietates oratione complecti, aut mente cõcipere possit? Quemadmodum enim oleum cæteris liquoribus est præstantius: sic Spiritus sancti gratia, nõ solùm rebus sub cœlo conditis verùm virtutibus omnibus cęlestibus antecellit. Ex ea enim gratia omnia præclara munera Dei originem sumũt. Ab ea animę dotes, & vires oẽs scaturiũt & emanãt. Et veluti oleũ, quę amara sunt, dulcia reddit: & insipida, sapidissima facit: Ita hui⁹ spiritualis olei vi, et ꝟtute, mãdata Dei q̃ alioqui carni grauia esse videnť,

Gratia Dei saluamur & liberamur.

Gal. 5. Ephe. 1. 2. gratia fõs est & origo bonorum.

Math.11. leuia, & facilia menti noſtræ apa-
1.Ioh.5. rebunt. Vbi animis hominum ſacra iſta vnctio inſederit, crucem, paupertatem, ægritudinem, perſequutionem, omnemq; afflictioné perferre moleſtum non erit. Sed ſumma animi alacritate, & conſtãtia in rebus aduerſis durabimus: Aduerſa omnia patienter, & hylari fronte, paternam voluntatem plenam benignitatis agnoſcentes, ſuſcipiem⁹. Niſi verò hac vnctione aſperſi fuerimus in tribulationib⁹, in anguſtijs, vt aridi prorſus, & ſteriles, quaſi vita vitali deſtituti tabeſcemus. Quamobrem ne-
Ioh.15. ceſſe eſt, vt diuina gratia noſtræ ſuccurrat inopię: nosq; ad omné virtutis actionem pręparet. Hæc eſt illa virt⁹ ſpiritus, quæ fragiles, & molles, conſtãtes reddit, inermes atq; imbecilles, omnibus in periculis fortes, & intrepidos efficit: vt in apoſtolis re ipſa, cogno-

ſcere ac videre poſſum⁹: qui poſt ſuſceptum in ignitis linguis ſpiritûs donum, forti & audaci pectore, cum omni animi & robore, & constantia, veritati teſtimonium perhibuerunt. Enarrauerunt gloriam dei & ſacrum euãgelium nequaquam erubeſcentes, Chriſtũ crucifixum prædicauerunt. Vt em̃ oleo olera condiuntur, & acida atq; aſpera olei beneficio palato grata redduntur: Ita per gratiam ſpiritûs omnes vitæ cruciat⁹ quã túmuis acerbi, velut momentanei, leues, & tolerabiles offeruntur. Pariunt enim in nobis pondus ineffabilis gloriæ, & trahunt nos ad ſummam fœlicitatem, & premium immortalitatis. Omnis enim caſtigatio & ſi in præſenti dum adhibetur, nullum ſecũ vnà gaudium affert, ſed moleſtiæ, et potiùs plena mœroris nobis eſſe videt̃. Poſtea tamen his qui in illa

Apoſtolorũ constantia.
Acto.2.3.4,
Ps.18.
Roma.1.
1.Cor.1.2.
1.Cor.4.
Afflictionum fructus.
Heb.12.

dis, coronã vitæ & iustitiæ expe- Iacobi.1.
ctãtes. Id verò efficit, & operať in 2 Tim.4.
nobis spiritus sanctus, qui copio- Apoc.2.
sissimè in pectora hoĩm pioru dilectionẽ effundit, quæ asperrima
& durissima quæq; ita facilè supe 1. Cor.13.
rat, vt eius amatori nihil sit diffici
le. Postremo aũt sicut in lãpade,
& lucerna, videmus oleo lumen
foueri: Sic & spiritus sãctus lucẽ Spiritus
in animis hominũ fouet, vt planè sanct9 lux
cognoscant Deũ, & quẽ ille misit est depel
Iesum Christũ. Hoc spũ illuscẽte, lens tene
clarissimo velut quodã lumĩe, ĩtel bras.
ligi rectę pŏt, q̃ ingẽtes diuinę bo Ephe.1.
nitatis opes in Christo possidea-
m9: sine verò lumĩe mẽtis nr̃æ do Iohan.1.
tes obscurę sunt tenebrę. Nisi aũt
diuini fauoris vult9 sup nos efful
serit, & diuina gr̃a nos illustrârit, A` quibus
nũq̃ educemur à densissimis illis, et tenebris
obscurissimis errorũ et ignorãtię nos edu-
tenebris: Nec à caligine peccato- cat spus
rum & infidelitatis reuocabimur. sanctus.

Quod ſi per deſerta huius ſecu-
Luc.1. li errabundi erimus, dirigemur lu
cerna Domini, & ſpiritus ſancti
gratiâ in viam ſalutis æternæ: &
tandem ad lucem illam immen-
ſam perueniemus, qua perlucente
ad cœleſte beatorum conſortiũ
nobis lata via patebit. Hoc igitur
oleum vt ſuauiſsimum, vt lætitiæ
plenum, nos venerari oportet:
Quo deus æternus Chriſtum re-
gum omnium regem illuſtriſsimũ
Ps.44. vnxit, Summum quidem ſacerdo
Eſa.9. tem, & Prophetam eximiũ. Quē-
Luc.4. admodum enim olim reges, ſacer
dotes, & prophetæ, non niſi oleo
1.Reg.10. vncti rerum ſacrarum adminiſtra
15.16. tioni præficiebãtur: Ita etiã Chri-
2.Reg.2. ſtus non niſi ſacra vnctione eſt à
5.12.3.Re. Deo patre rex, ſacerdos, & pro-
1.5.19. pheta conſtitutus. Vnxit te Deus,
Inquit regius cantor et Propheta
Heb.1. Dauid, Deus tu9 oleo lætitiæ præ
cõſortibus tuis. Vnctus eſt igitur
Dei

Dei vnigenitus hoc oleo ſpiritus preciosiſsimo : Sed lõgè vberiùs præ cæteris omnibus Dei filijs, Quos Chriſtus velut mẽbra corporis ſui habet,et fratres appellat, vt cõſortes & cohęredes bonorũ ſuorum.Illis quidem mẽſura quadam datus eſt ſpiritus: quibus do minus pro ſua liberalitate varia gratiarum genera Impertitus eſt, & illos,pro vt quiſque capax videbatur,muneribus impleuit : In Chriſtum verò omnem plenitudinem ſpiritus,largiſsimè copioſiſsiméq; effudit:vt teſtatur Eſaias Propheta,cùm Inquit, requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpirit⁹ ſcientiæ & pietatis,& replebit eũ ſpũs timoris Domini. Hic ſpirit⁹ plena ac copioſa vbertate in Ieſum Chriſtum effuſus,eius animã propriam ſibi ſedem elegit:Vnde

Roma.12. 1.Cor. 12. Ps.21.he.2 Roma. 8 Ephe. 4

Ioh.1.

Eſa.11.

Spiritus ſanctus Chriſtum elegit vt propriam ſedem.

Iohan.1. velut è fonte vnico,ad nos ſcatu
riret.De plenitudine autem fontis huius gratiam pro gratia,id eſt vberrimi illius fauoris quo prędi
tus erat,oẽs conſortes redditi ſumus,oẽs participes facti gratiæ,id
q́; propter fauorem & gratiã Ieſu
Ephe.1. Chriſti, per quem prædeſtinauit nos,& adoptauit in filios Pater
æternꝰ iuxta bñplacitũ volũtatis
ſuę.Inde pij oẽs vnctionis Chriſti participes facti tantundẽ gratiarũ acceperũt,quantũ illis Chriſtus ꝓ
Roma.12 ſua bonitate cõmunicauit.Ideoq́;
Ephe.4. inter vnctionẽ ſaluatoris & noſtrã,hoc adeò intereſt, quod illũ
Dñs inexhauſto ſpiritualiũ opũ
Iohan.3. theſauro,citra menſurã vllã locu-
Col.1. pletauit:Nobis verò ꝓ animi ſententia,ſuã vnicuiq; portionẽ elargitus eſt.In Chriſto ſpiritus ſanctus quãtus quãtꝰ eſt reſidere voluit, vt ex illo velut ſcaturigine quadã,in nos exuberãs gratia re-

dundaret,& omnes de eius abundantia haurirem⁹.Porro istud oleum gratię diuinę fragrantissimo illi balsamo iure cōparari potest, quod præcipit fieri Dn̄s à Moise, nō in alium quidem vsum, quàm ad inungendum summum sacerdotem,sacrificorum vestes,vasaq́; sacra & diuinis obsequijs cōsecrata.Quemadmodum enim purissimum illud oleum infusum in caput Aaron,in barbā & in oras vestiū eius defluebat: sic summ⁹ ille rerum conditor, Dominum Iēsum omnium populorum regē, & pōtificem summū constituēs, ipsum oleo per vnxit,non manu, aut opere hominum facto, sed eo quidem oleo cuius vi creata sunt oīa:id est spū sancto.Hoc verò cœleste oleū,à Xp̄o exoriēs, in vniuersa ipsius mēbra(id est in oēs q̄ nō fictè,nō simulatè,sed verè & syncerè christi nomē,et religionē

Exo.30. Leui.8.

Ps.132. Vnctio Aaronis Christi vnctionē prefigurauit.

A' Christo ī nos omne bonū defluit

profitentur) emanauit. Neq; eñ eſt, aut fuit vllus vnquam fideliũ, quem non huiuſmodi vnctione, hoc eſt ſpiritus ſui gratiâ delinierit. Ex Chriſto tanq̃ ex vberrimo fonte ad nos omnia bona, ꝑ liberalitate Dei promanant. Oẽs ab eo, qui ſine vlla mẽſura ſpiritũ accepit, vt Inquit Diuus Iohánes Baptiſta, gratiam, & ea quę ad ſalutem faciunt, accepimus. Qua ratione à Daniele Sanctus ſancto rum appellatur. Quamobrẽ nos ipſum Chriſtum caput eccleſiæ iure appellamus: qui perinde atq; caput reliquis membris ſupereminet, & ſenſum, motum, vegetationem, vitam deniq; omnem, illis exhibet, ſuaq́; munera ſingulis corporis partibus impartitur. Itaq; qui illi adhærent, vt mẽbra capiti, omnium bonorũ ſuorum cœleſtiũ participes ſunt. Sua eñ plenitudine vniuerſum Eccleſiæ

Ioh. 1.3.

Danie. 9.

Ephe. 1.5.

Qua ratiõe Chriſt9 caput dicatur.

corpus absoluit & perficit. Nihil est profectò in nobis integrum, syncerum, aut incolume, quod ab hoc capite non acceperimus: itaq; huic òptimo maximo capiti Christo, quanta humano pectore excogitari potest, gratia habenda est: Quādoquidem ille nobis præsidet, eaq; nos liberalitate prosequitur, vt diuitias gloriæ, gratiæq; suæ nobis cumulatissimè donet: & sua bona in singula membra diffundat. Hic rex ille est potentissimus, qui sua nos virtute armatos, suo vero decore instructos, sua magnificentia ornatos, suis opibus locupletes, tandem in regnum suum adoptat, Imò & reges nos constituit, & in sacerdotij sui consortium ascíscit: Iustitiæ suæ suæq; sanctitatis ornamentis induit. Nos quoq; ad spem immortalitatis erigit: huius vnius sūmi pontificis, patroni, & media-

1. Cor. 4. Omnia accepta à Christo.

Ephe. 1.

In Christo reges & sacerdotes.

1. Petri. 2.

Apoca. 5.

Rom.8. toris noſtri(qui perpetuò pro no
Heb.7. bis apud patrem interpellat) bene
1.Ioh.2. ficio,nos ſacerdotes ſumus: & ſpi
rituales hoſtias,preces,ac gratiarũ
actiones, imò & noſmetipſos &
omnia noſtra ſacerdotali munere
Rom. 12. fungentes immolamus, & offeri-
Heb.12. mus.Ab illo capite defluxit oleũ
gratię,primùm quidem in barbã,
id eſt in fortes illos ſtrenuos, &
imperterritos Apoſtolos, qui pro
ximi Chriſto fuerunt: & in pios
omnes & ſtudioſos diuini hono-
ris,qui vt optimi paſtores ouium,
Quid barba deſignet. officium docendi exercent. Hoc
enim officium barba, quę os te-
git organum doctrinę, ſignificat,
& docendi munus repręſentat.
Sparſum eſt indè oleum ſuper in
conſutilem catholicam Chriſtia-
norum veſtem,hoc eſt Eccleſiam
vnam,integram,quę nulla admit-
tit ſciſmata, omnes etiam hęreſes
reſpuit.Hęc prǫclara veſtis ſuauiſ

ſimū Chriſti odorē ſpirat:Propterea dicebat propheta. Myrra, & gutta,et caſia à veſtimētis tuis, à domib9 eburneis &c. Per hæc ſuauiſsima vnguēta,quib9 redolebāt veſtes Salomōis,Chriſti virtutes intelligim9,quæ iuſtitiæ,ſanctificationis,obedientiæ,& ſummæ charitatis, diuinum afflant odorem.Huius ille odoris fragrantiā per Apoſtolos diſperſit,qui Chriſti merita,noſtramq; redemptionem in omnem terrarum orbem annunciauêrunt.Itaq; ea gratiâ dicebant,Chriſti bonus odor ſum9, alijs quidem odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortē. Quorum optimo exemplo nos credere oportet,hūc ſuauiſsimi vnguēti fragrantem odorem etiam in nobis ſpirare, quandoquidem vitæ doctrinę,paſsionis,mortis,effuſiq; ſanguinis , ac reſurrectionis Chriſti participes ſumus. Ps.44. Mar.16. 2.Cor.2.

De precioſiſsimo & delicatiſsimo Sancti ſpiritus uino.

Caput trigeſimum.

HOc loco prætereà Spiritusſancti gratiam prȩclaro calici inebrianti cóparabìmus, de quo propheta ait, Calix meus inebrians quàm prȩclarus eſt. Neq;enim certè rex noſter Dauid, magis accómodâ ſimilitudine gratiæ diuinæ conditionem exprimere potuit. Quemadmodum enim vinũ ſua virtute præcordia calefacta lætificat, & nutrit: Ita etiam & vinum ſpiritus igne diuini amoris calefacit animæ viſcera. Nos quoque impellit, vt cum omni officio & pietate in deum, in parentes, & patriam, pietatem colamus. Ex

Pſal. 103. Pulchra comparatio vini, cum ſpú ſancto.

quo facilè exardeſcit in nobis illa apprimè nobis commẽdata in pa trem cœleſtem,& proximum dilectio, quæ potiſsimũ locum in mandatis,& præceptis Domini & præcipuum finem obtinet. Nam finis præcepti charitas eſt,& plenitudo legis dilectio. Hoc ſuauiſsi mum vinum viſcera, omniaq; interiora noſtra ad miſericordiã ſol licitat. Nos ad ſuccurrendum ege nis hortatur, ad leuandam aliorũ miſeriam promptiores reddit: & ad omni officio promerendũ alio rum gratiam expeditos facit. Læti ficat quoq; nos hoc vinum ſua dulcedine, acuit ĩgenia ſuaui quo dam acore, allicit lenitate, & à cor dibus omnem abſtergit moleſtiã, & ſanctis nos replet conſolationi bus, omnibusq́; rebus aduerſis, & anguſtijs, ſpem, ſolamen, & ſa lutem ſolet afferre, ne in vllo vnquam diſcrimine animum abijcia

Math.22. Leui.19. Mar.12. Luc.10. Deut 6. 1.Tim.1. Rom.13.

Vini natura aptè nobis gratiam Spiritûs ſancti figurat.

mus. Cùm videamus Deum inuo-
Psal.21. cantibus se nequaquam vsquã de
2.Cor.1. fuisse: Sed potentes nos facere ad
consolandum eos, quos afflictio-
2.Cor.12. nes, & miseriæ premũt. Hoc vino
madentes libenter gloriãtur in in
firmitatibus, gaudent in exilijs, ex
ultant in carceribus, & in aduersis
omnibus in laudis & gloriæ Dei
cantica prorumpunt: & lętitiæ car
mina personant, vt S. Paulus & Si-
las cùm coniecti essent in interio
rem carcerem, & pedes eorũ cõ-
pedibus ligneis diligenter cauteq;
strincti, media nocte orantes lau-
Acto.16. dabant Deum: Et in salutari auxi
lio, psalmos, hymnos, & cantiones
spirituales, in animis & cordibus
suis concinebant: mentisq; lætitiã
sic voce depromebant, vt audirét
Gratiarũ eos qui vincti erant. Horum exẽ-
actio etiã plo alacri animo, & hylari mente,
in aduer- beneficia Dei, cum omni gratia-
sis. rum actione, etiã in aduersitatib⁹

recolenda sunt. Hoc illud est vinũ præclarum, quod vsq; in hæc tem pora seruauit nobis spõsus Ecclesiæ: vt eo inebriaremur & lætaremur. Quemadmodum enim vini propriũ est ĩebriare, vt exẽplo nobis esse possunt, Noè, Loth, Holophernes, Nabal, & alij, quos mero ĩcaluisse legimus. Cuius causa, eosdem in varia incidisse incõmoda, clarum & manifestum est. Primus omnium Noẽ vir agricola, terram exercuit, plantauit vineam: cumq; de vino plus æquo bibisset, inebriatus est, & iacuit in tabernaculo suo, & tandem ab ingrato filio Canaham delusus est. Qua in re præclara quidem spiritûs ebrietas significatur, per quam caro suî obliuisci cogitur: vanitates verò, & cæteras mortalium voluptates deserimus, nos nostráque omnia Deo committimus: omnem deniq; curã, & sollicitudinẽ in Deo,

Ioh. 2.

Ge. 9. 19.
Iudith. 13.
.Reg. 25.

Ebrietas malorum est origo.

Gen. 9.

Ebrietas spũs multa bona affert.

Deíq; prouidentia reponimus.
Canti.5. Hoc vinum ſpiritus dulcem nobis ſomnum contemplationis inducit: Quo ſub protectione alarũ Dei, ſecuram vitam agentes obdormimus: & in Domino velut inebriati requieſcimus. Et, vt eſt inebriati cõditio, homines ebrios omni pudore ita eſſe priuatos videmus: vt etiam in conſpectu omnium ſeſe denudare non vereantur:
Math.19. Sic & fideles pro Chriſti nomine ſuá omnia relinquentes, ſeſe
Heb.11. ad ſupplicium & mortem alacriter contulerunt: vt cum lætitia veſtibus corporis exuti ad beatam illam atque immortalem vitam ter
Col.3. rena deſpicientes aſpirarent: & peritura deſerentes ęterna ſemper in
Phi.3. tuerentur, & tandem ex hoc ſæculo læti ad cœleſtem gloriam migrarent. Deniq; vt vinum nos cor
Eccle.31. roborat, confirmat, & vires humani corporis auget: ita & vinũ ſpi-

ritus,tantam constantiam, & robur hominibus quos repleuerit affert, tantámq; in Deum fiduciã comparat,vt nullis rerum aduersarum fulminibus terreantur,nullis improborum oppugnationib9 frangãtur,nullis minis, nullis ictibus,debilitentur:nulláq; vi,aut arte Diaboli,vel impiorum impetu à pietate, & tranquillitate animi dimoueantur. Sed potiùs certum sibi habent,& persuadent omnes labores,omnia pericula vitæ, præ illis cœlestibus ac sempiternis bonis (à quibus nunquàm oculos mentis deflectere debemus) paruî aut nihili esse facienda. Inclyti martyres,magnum huius rei argumentum & pœnitus manifestum nobis relinquêrunt:qui nullis terroribus, nullis cruciatibus, nullis conuitijs, nullis plâgis, nullis etiã ĩcõmodis à recta via veritatis, vel à Christo abduci, aut seiungi vn-

Firmitas animi est à vino spiritûs.

Rom.8.
1.Cor.4.

Col.3.
Heb.12.
Exemplũ martyrũ

Heb.11.

quam potuerũt. Sic enim incaluerat in cordibus illorum vinum diuini amoris: vt crucem, flagella, exilia, carceres, & mortem ipsam in delitijs haberent. Quocircà cũ summa animi voluptate, in afflictionibus, diuinas laudes concinebant: omnem mœrorem ab animis depellebant, & gaudentes à

Acto. 5. conspectu concilij recedebant, quoniam digni habebantur pro nomine Iesu contumeliam pati. Nunc autem inebriantur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis abundè reficiuntur participes facti copiosissimæ spiritus sancti gratiæ. Qua quid lautius, quid suauius aut inueniri aut excogitari potest? O verè præclarum calicem, omni nectare, omníq; Ambrosia suauiorem: qui nos enutrit, & in certamine fortes, in aggrediendis hostibus audaces, in adeũdis periculis inuictos facit,

Psal. 35.

Fœlicitas beatorũ.

quiq; nos ad cœleſtem illam æter namque fœlicitatem perducit. Huius calicis & vini dulcedine inebriatus Apoſtolus dicebat, Mihi perſuaſum habeo, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque altitudo, neque profunditas, neq; vlla creatura alia poterit nos ſeparare à dilectiõe Dei, quę eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Eodẽ ſpiritu agitati Apoſtoli libenter ſe obijciebant hoſtibus, & tumultuoſis ſeditioſorum concionibus, & inſidijs coniuratorum. Neque verò ſine ratione & myſterio Iudæi eos vino madere dicedant, quos Dei ſpiritus repleuerat. Non enim vinum, in quo eſt luxuria, hauſerant: ſed ſpiritus ſancti gratiam quæ illos mirum in modum illuſtrauerat. Quonã verò pacto vinũ, & oleũ ſpũs

Roma.8. S.Pauli fortitudo

Acto.5.8. 21.


Acto.2.

Ephe.5.

à ministris Ecclesiæ Christi fideli bus sint ministranda, nunc paucis dicamus.

De Pastorum & Re ctorum munere, in admini strando oleo sacro, & ui no Sancti spiritûs.

Caput trigesimũ primum.



HVius olei & vini ministerium, & dispensatio ad Pastores & Rectores Ecclesiarum pertinet: quos inunxit Dominus, vt essent splendida atq; preciosa Sancti spiritûs vasa, & organa. Quemadmodum enim vas vsui præclaro destinatum, mundum nitidúmque esse decet: ita summum studium ministros adhibere oportet, omnemq; operam in id collocare, vt candido sint pectore, & mũdo corde

Qui sint ministri spiritûs.

2. Tim. 2.

Ps. 5. 14. 23

do corde,ambulent,nulla macula, nullo ſcelere, nullo flagitio contaminati. Sed ab omni vitiorum labe ſeſe puros,atq; integros ſeruẽt, iuſtitiam colant, & pietatem : ab huius ſœculi vitijs prorſus abſtineant : adeò integrę veritatis per omnem vitam ſtudioſi ſint, vt ab omni mendacio, & ſermonis vanitate temperent : neq; proximũ vlla in re offendant, nec maledicto laceſſant. Tales enim eſſe decet qui in tabernaculo Dei habitare quærunt. Neque verò in cõſpectum ſuum Dominus eos impunè venire patitur, qui iuſtitiam & leges ſuas violant. Nam odit Dominus omnes qui operantur iniquitatem,& perdit eos qui loquuntur mẽdacium.Ideò ait, Ambulans in via immaculata,hic mihi miniſtrabat. Operæprecium certè eſt,tales eſſe paſtores,quales & cæteros eſſe cupiunt, & æquũ

Ephe.5. 1.Teſ.4. Ephe. 4. Col.3. Ro. 12.13. Gal.5.

Pſal.5.

Pſal.100.

eſſe cenſent. Ea enim omnia quæ damnamus, & vlciſcimur in altero, nobis ipſis quàm maximè fugienda ſunt. Demùm precioſum illum vini & olei liquorem, quem in vaſis ſuſceperunt, in ſalutē omnium effundant, inſtent omni tempore, arguant, increpent, & ceſſantes exhortentur. Corripiant autē delinquentes, cum omni lenitate & ſpiritu manſuetudinis: ita vt objurgationi admiſceant oleum & vinum, id eſt cum ſeueritate modeſtiam, cum acrimonia benignitatem. Nam qui acerbiùs, quā decet, increpat, odiſſe videtur: idcirco increpationi manſuetudo quædam adhibenda eſt. Hæc ab Epiſcopis ita obſeruanda ſunt, vt in neutram partem peccare velint: ſed oleo ſancto dulciſsimæ Dei gratiæ inungant, deliniant, & lætificent Chriſtianorum mentes, faciem illorum conſcientiæ, lege ac

2. Tim. 4. Officium miniſtrorum. Gal. 6.

Rigor tēperandus modeſtiâ

Euangelio aſpergant, & Samaritanum illum Euangelicum imitentur: Qui hominem ſaucium videns grauibus vulneribus perfoſſum, miſericordia in eum motus, omnia humanitatis officia exhibuit, infundens oleum, & vinum in vulnera iacētis, & proſtrati, quem Sacerdos & Leuita prætereuntes contempſerant. Luc.10. Mīa in ꝓximum.

Paſtores igitur & Rectores Samaritani illius exemplo, deiectos peccatores, miſerè grauiterque ad necem vulneratos erigere, reficere, & priſtinæ valetudini reſtituere, ſine vllo temporis interuallo curent: Et ſe, vt profitentur, & dici volunt, medicos animarum præbeant. Sauciorum vulneribus opportunè ſuccurrant, & medeantur: tam periculoſis langoribus omni ſtudio exhortationem, & conſolationem, Tanquam medelam 2. Tim. 4. Tit. 1. 1. Teſ. 5.

adhibeant ad agendam pœnitentiam delictorum ad reſipiſcentiã vitæq́; emendationem excitent:iudicium & miſericordiam doceãt,
Pſal.61. quæ duo per Prophetas,per Apoſtolos, & omnes verbi Dei miniſtros in ſcripturis ſanctis prædicãtur.Quandoquidem docent Deũ valere & potentia, & facilè poſſe de peccatoribus pœnas ſumere, & cuiq; iuxta opus ſuum rependere:neq; tamen ſummo iure agit
Iudicium & benignitas docenda.
Pſal.142. cum ſeruis ſuis,quoniam illi ſumma ineſt bonitas,beneficus eſt,mi
Pſal. 144. ſericors,patiens, & magnę benignitatis.Hoc oleum diuinæ miſericordiæ, & clementiæ, eis quos pœnituerit,proponant:veniam & remiſsionem peccatorum in Chriſto, & per Chriſtum annuncient, Et cũctos admoneant,vt conuerti
Eccle. 5. ti ad Dominum,in diem non differant : ſed delicta ſua vt par eſt agnoſcant,& cognita ex imo pe-

ctore Domino confiteantur. Hic est tutus & tranquillus pœnitentiæ portus, ad quem nobis confugiendum est, vt absolutionis, & remissionis peccatorum beneficiũ cõsequamur. Nam frustra sibi pollicentur veniam, qui non ex animo mentis sordes & scelera horrent. Solam verò Dei misericordiam ea posse delere confidant: neq; enim magnopere pœnitentia prodest, si spes veniæ absit. In cõuersione impij ad Deum vtrũque certè necessarium est, ne pœnitentia sperantem, & spes deserat eum quem pœniteat. Ea igitur apprimè cognitu necessaria sunt ad agendam pœnitentiam, & ad assequendam peccatorum veniam; vt Dei iustitiam, iudiciique illius seueritatem formidemus, & misericordiæ Dei confidamus: hoc enĩ est vinum oleo miscere. Vino quidem diuinæ, seueræq; iustitiæ fidẽ

1. Ioh. 1.

Math. 3.
Luc. 3.
Acto. 2.
Dolor de peccatis & spes veniæ vnà esse debet.

les conſternantur, dum intelligũt
1. Cor.10. Dei iudicium,quod in flagitioſos
11. quottidie exercetur. Nam multis
Pſal.31. doloribus afficiuntur improbi, vt
reſipiſcant,& eos multò grauiora
expectant ſupplicia,qui ad pœni-
tentiam inuitantem ſpernũt,& pœ
Rom.2. nitere nollunt, & diuitias benigni
tatis,tollerantiæ & longanimitatis
diuinæ contemnunt. Ideò iuxta
duritiam cordis,& obſtinatã men
tem quæ Deum ad meliora pro-
uocantem aſpernatur, & repellit,
colligunt & accumulant ſibi the-
ſaurum iræ diuinæ. Quæ & ſi in
præſentia non ſeſe proferat,tamẽ
aliquando ſentietur: nimirum in
tremẽdo illo die iræ,quo patefiet
iuſtum iudicium Dei. Tunc eò ſe
Heb.11. ueriùs afficientur ſupplicijs impij,
quò contumaciùs reiecerunt Dei
manſuẽtudinem.Itaque pro id ge
nus hominum ſalute & incolu-
mitate flagranti animo orent. Pa-

ſtores, veniam pro illorum delictis ſupplices poſtulent: Et vbi ſigna pœnitentiæ viderint, oleum miſericordiæ in ſalutem infundãt, & Sacramentum abſolutionis fideliter miniſtrent. Ita fiet vt ex vaſis contumeliæ, in vaſa tranſeant gloriæ, pietati conſecrata, digna quæ oleum & vinum Spiritus ſancti recipiant, hoc eſt, oleum diuinæ gratiæ, quod verum & ſolidam conſolationem affert: amiſſas vires reparat, & reficit, Id eſt, animi iuſtitiam, fortitudinem, alacritatem benè operandi, & ardens agendi ſtudium, & perſeuerandi conſtantiam præbet. Nec immeritò oleum lætitiæ nuncupatur, quãdoquidem in curis, mœroribus, & cæteris animi anguſtijs pro ſolatio eſt, & moleſtias omnes & ærumnas, ab animo longè repellit. Poſſumus autem per calicem inebriantem Euangelicã

Pœnitentes recipiendi.

2. Tim. 2.

Oleũ gratiæ Dei plures fructus affert.

Pſal. 44.

Vinũ euãgeliũ eſt.

doctrinam rectè intelligere. Hoc eſt enim illud præclarum & ſuauiſsimũ vinum, quod afflictas animas lætas, tranquilláſq; reddere, et in gratiâ conſcientias ſtabilire poteſt. Cuius natura cùm ſummam contineat ſalubritatem, inanes timores & ſollicitudines depellit: tædia huius ſæculi leuat, triſtia corda in omni virtutis amore oblectat, & eas voluptates affert, quæ omnes delectationes huius ſæculi ſuperant. Propterea auro, argento, lapidi precioſo, & omnibus diuitijs, & opulentiſsimæ hæreditati verbum Domini præfertur. Sic igitur omnes cum regio Propheta Dauid dicamus,

Pſa.18.118 Pro.8.

Pro verbi Dei cognitione ardenter orandũ. Pſal.118.

Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum, quia exultatio cordis mei ſunt, confirma me ſecundum eloquium tuum, & viuam. Delectabor in iuſtificationibus tuis ſemper.

Os meum aperui,& attraxi ſpiritum,quia mandata tua deſiderabam. Huiuſmodi ſuſpirijs vt optimis indicijs, propenſum animum ad hoc vinum deguſtandum habere oſtendamus, & præclarum hunc calicem læti obuiàm euntes ambabus manibus excipiamus.

Huius calicis & vini ardens nos amor arripiat,ex hoc auidè guſtemus,& ad animæ noſtræ viſcera, tanquam rore cœli ſaluberrimo irriganda,vtamur, paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti non immemores, qui ſuos cruciatus, & mortem calicem inebriantem nominauit,Cùm ille dixit, Poteſtis bibere calicem,quem ego bibiturus ſum? Et rurſus,cùm,ea nocte qua tradebatur,in horto demiſsis genibus,procidensq; in faciem ſuam ad hunc modum orabat.Pater mi,ſi poſsibile eſt,tranſeat à me poculum hoc.Et rurſ9, Math.20. Math.26. Mar.14. Luc.22.

Si non poteſt hoc poculum tran ſire à me,niſi illud bibam,Fiat vo luntas tua. Hic eſt ille calix ſaluta ris et inebrians,qui nobis ſalutem affert:Quo quid,quęſo,pręclari9? Quid hominum generi ſalutife- rũ magis optari poteſt?Quid hoc poculo magnificentius,quid ad- mirabilius, cuius virtute emunda
1.Ioh.1. mur ab omni peccato,& ad glo-
Apo.1.5.7 riam & regnum cęlorũ proficiſci mur?Quæ obſecro,medicina ho- minum ſaluti pręſentior?Nón ne
Iohan.1. Ieſu Chriſti, agni innocentis, &
Heb.9.10 immaculati,qui tollit peccata mũ di,vnica hoſtia & oblatione con ſcientiæ noſtræ ſanctificantur? Nón ne ſua morte ſuiq; p̄cioſiſsi-
Ephe.1. mi ſanguinis effuſione, nobis re-
Colo.1. demptionem,et remiſsionem pec catorum acquiſiuit,noſtraq; vin-
Luc.22. cula ſoluit?Hic eſt inq̄ ſanguis no ui & æterni teſtamenti, qui om- nium electorum ſcelera, adeoq;

chirographū ipſum decreti, quod erat contrarium nobis, deleuit: & nobis iuſtitiam, ſalutem, ſanctitatem, & omne bonum attulit. Hoc ſacro calice domini, multi ſanctorum inebriati ſunt, & in obliuionem rerum mortalium venêrunt, vt ex his, quæ paulò antè dixim⁹, intelligi poteſt. Calicē igitur Domini ſalutarem accipite paſtores omnes, & mortis Domini mirificos fructus, fidelibus omnib⁹ quibus Rectores dati & conſtituti eſtis, annunciate, & proponite, & ad potandum ex hoc calice Chriſtianas oues inuitate. Sed iam tempus eſt, vt quàm neceſſarium, vtile, & iucundum ſit ouibus oleum, & vinum ſpiritûs diſſeramus.

Colo.2.

Exhortatio ad calicem domini accipiendum

Quanta auiditate, oleũ & vinum sancti Spiritûs, sint ab ouibus suscipiẽda. Et de fructu, & commodo quod in vniuersum afferunt hæc præclara munera Dei.

Caput trigesimum secundum.



SVperest, vt hoc oleum, & vinũ, oues sũmo studio desyderẽt, & flagitẽt à do-
Ps.103, mino, qui faciẽ
exhylarat in oleo, & eduxit oleũ
Deut. 32. de saxo durissimo, & vinum è terrã profert, vt lętificet cor homi-

nis.Hoc oleum,vt diximus,afflatus est spiritûs diuini, qui quod olei proprium est exprimit & cōplet. Aciem enim mentis acuit, animam recreat,& reficit,vulnera fouet,tædium leuat, mœrentes lætificat,ignorantiæ & infidelitatis tenebras depellit: Alia deniq; innumera affert hominibus commoda.Hæc est spiritûs sancti gratia,adeò nobis necessaria, vt sine ea,ne cogitare quicq̃ aut loqui, quod ad Dei gloriam nostramq; salutem spectet,aut aliquid Deo gratū agere possimus.Nō em̄ idonei sum⁹ qui ex nobis ipsis quicquam meditemur:Sed omnis nostrā vis, & potestas ex Deo est, qui & operatur in nobis,et velle, & perficere,pro animi sententia, omnemq; virtutē,& honestatē,in nobis sua benignitate adimplet. Præterea hoc oleum gratiæ adeò nobis vtile & salutiferum est, vt

Spūs sanctus rectè Dei noīe designat.

Ioh.15.

Gratia Dei sum mè necessaria.

2.Cor.3.
1.Cor.12.
Gala.3.
Phi.2.

Gratiæ Dei vtilitas.

nihil vtilius nobis esse posit: gratiâ enim seruati sumus per fidem, idq; non ex nobis, sed ex gratuita benignitate, quam in nos effudit Dominus, non ob benefacta nostra, sed ob merita Christi Iesu: gratuitum est donum, quòd salutem sumus consequuti, non ex operibus, ne quis glorietur. Iustificamur enim gratis per hanc gratiam, quam nobis Christ⁹ attulit. Itaq; ex hoc fonte gratiæ, petenda est iustificatio, vita, & salus per quam quidem gratiã liberamur, et educimur à captiuitate in libertatẽ, ab iniquitate ad iustitiam, ab errore in veritatem, à tenebris in lucẽ, à morte in vitam, ab inferorũ potestate, & damnatione perpetua in salutẽ æternã. Neq; enim in nostra potestate constitutũ est, vt quis se ipsum iustificet, seq; à culpa & pœna innoxium et liberum reddat. Nam vt nemo ere

Ephe.2.

Roma.3.

A' Deo omne donum postulandũ.

Rom.6.8

alieno grauatus sibi ipsi debita re mittere, nec vinctus compedibus, funibus, aut catenis ferreis circumplexus, se ipsum soluere potest: Ita qui grauiter Deum offenderunt, & varijs criminum nexibus astricti sunt, Nec debitorum remissionem, nec criminum expiationem, nisi per Dei gratiam, & misericordiam ineffabilem consequi possunt. Hanc quidem Dei gratiam, præcipuũ ornamentum mentis nostræ, vestemq́; nuptialem possumus nuncupare: qua si careamus necesse est nos in miseram, obscuramq́; conditionem, tanquam in Barathrum quoddã, præcipites ruere: digni qui ligatis pedibus & manibus in tenebras exteriores præcipitemur, vbi fletus est & stridor dentium. Hoc sancto oleo sicut adipe & pinguedine dilatatur anima nostra, charitate, gaudio,

Math. 22. Vestis nuptialis gratia Dei.

Mat. 8. 13.

Ps. 62.

Gratia Dei virtutes affert, & vitia tollit.

pace cõſcientiæ,tranquillitate,lenitate,benignitate, bonitate, mãſuetudine,alijs deniq; innumeris virtutibus,fœcũda redditur. Hoc etiã oleo tolluntur odia,lites,diſſentiones,iræ,vindictæ cupiditates,infœlix bellũ,& ea,quæ Chriſtianæ charitati & verę dilectioni ſunt aduerſa:Secum verò affert ſermonis ſuauitatem, colloquiorum dulcedinem, morum temperantiã,modeſtiam,facilitatem, iucunditatẽ,& ea quę faciũt ad fouendã Charitatem: omnem ſęuitiam, ferociamque depellit. Viri nanq; pij hoc ſalutari oleo recreati,in obſeruationẽ mandatorum,quibus omnis pulchritudo virtutis continetur,omnibus viribus incumbunt, res aduerſas forti animo, ſecundas verò moderatè ferunt, ac bonis operibus noctes diesq; ſtudent.Cùm igitur cœleſtis figulus,rerum omniũ parens

2.Cor.6.

Roma.9

Eſa.45.

parens & author,nos vaſa huius olei delegerit,Sciat vnuſquiſque vas ſuũ poſsidere in ſanctificatione & honore,non in paſsione deſyderij,ſicut & gentes,quæ ignorant Deum.Nam hæc eſt voluntas Dei,vt nos ſanctos,& incontaminatos præſtemus,Nec animo ſolùm caſti ſimus:Sed & corpori, propter hoſpitem Deum, hunc honorem deferamus, vt purum ſeruemus, & illibatum : Neque ſinamus inquinari turpium cupiditatum, ac libidinum morbo. Expurgemus nos ab impietate, incredulitate, auaritia, libidine, & cæteris carnis vitijs, quæ pollutum & reiectitium vas efficiũt, quò vaſa pura in magna domo Dei,ad vſus honoris apta, & in gloriam Dei accõmoda eſſe poſſimus.Ab ambitione, crudelitate, libidine, & id genus vitijs animum penitus repurgemus:in-

1.Tim.2. 1.Teſs. 4. Exortatio ad vitæ puritatem. Ps.14. 1.Cor.6. 2. Tim. 2.

nocentiæ,pietati, & iustitiæ studeam⁹.Vino etiam verè vitis,quæ Christ⁹ est,in quo omnem spem, salutem nostram repositam esse videmus, inebriemur. Christi sacrum euangelium,dulcedine diuini amoris iucundissimum degustemus,& summa cum auidita te bibamus:vt impleamur musto sancti spiritûs.Hæc est fęlix ebrietas,quæ non ad luxum , non ad lasciuas Choreas,aut ineptas cantiunculas ,sed ad Psalmos, Hymnos,ad cantica spiritus hominũ animos excitat.Sed de hoc vino superiùs dictum fuisse , satis esse debet.Nũc quomodò à vino terrestri nobis temperare debeamus, pauca dicamus.

Iohã.15.

Inuitamur ad potum vini euangelici.

Ephe.5.

De ebrietatis pestifero, & Lethali vitio fugiendo. Caput trigesimũ tertium.

DIximus de præclaro & laudabili calice spiritũ inebriãte: nunc res ipsa postulat, vt damnatam corporis ebrietatẽ vituperemus. Nam quantò calix ille excellentiori laude dignus est, tantò maiori vituperio hæc ebrietas est deprimenda. Vinum quidem exhylarandis hominum animis non inebriandis creatum est. Moderatè sumptum exultatio animæ, et cordis est: & vt regum sapientissimus Salomon & Iesus Syrac affirmant, vini potus Iustus, opportunus, & sobrius animi simul & corporis valetudinem tuetur:

Ps.103.

Eccle. 31.
Pro.31.
Quis sit vsus vini.

Quæ mala ex ebrietate prodeant.

Copiosè verò & ad ebrietatem ſumptus, hominem facilem reddit ad iram, ad ſeditionem, ad amicos prodendos, ad omne ſcelus & fęditatem perpetrandam, & ad ea quæ in pectore repoſita ſũt aperienda Hinc enim eſt illud,

Arcanũ demẽs detegit ebrietas.

Hînc eſt illud damnatiſsimum vitium omnis obſcœnitatis & immunditiæ fomes: luxurioſa enim res eſt vinum, Inquit ſapiens, & tumultuoſa, ebrietas: Quicunq; his delectatᷓ nõ erit ſapiens. Alio quoq; loco, neſcis (ait) inter vini potatores et comeſſatores carnis, quia vacantes potibus & dantes ſymbola ad inopiam redigentur. Noli contemplari vinum cùm rubet, ne capiaris aſpectu, cùm ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè & in nouiſsimo mordebit vt coluber, velut aſpis punget, & ſicut Regulus venæna

Pro.20.23

Ab aſpectu vini eſt nobis temperãdum.

diffundet.Ideò Prophetę exitium & diuinam vltionem comminãtur ebrijs : væ, Inquit Eſaias,qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum vſque ad veſperã,vt vino æſtuẽtis, cythara & lyra & timpanũ & tibia & vinum in conuiuijs vr̃is,& opus Domini non reſpicitis,Nec opera manuum eius conſideratis : idcircò in captiuitatem abijt populus meus quia non habuit ſcientiam,& nobiles eius interiêrunt fame.Et rurſus ; ſuper vino clamor erit in plateis ; deſerta eſt omnis lætitia, tranſlatum eſt gau dium terræ.Hoſeas Propheta pau cis quidem verbis, Sed perquàm optimè vini & ebrietatis incommoda deſcripſit dicens, Scortatio ; vinum, & potus inebrians eripiunt cor.Hoc vitium damnauit Dominus his verbis, attendite : ne grauentur corda veſtra

Eſa.5.

Ex ebrietate & intẽperãtia extrema īfęlicitas & captiuitas.

Eſa.24.

Hoſe.4.

Luc.21.

Roma.13. crapulâ & ebrietate. Et Apoſto lus honeſtè ambulandum monet, non in comeſſationibus & ebrietatibus: & iterùm, nolite

Ephe.5. (Inquit) inebriari vino, in quo eſt luxuria. Vſus quidẽ vini Chriſtianis non prohibetur, Imò &

1. Timo.5 ad Timotheũ Iubet Paulus modico vino vti, propter ſtomachum, & frequentes humani corporis infirmitates. Quo tamen nihil

Eccle.19. 31. Pro.20.21 31. eſt perniciofius viribus cùm corporis tùm animi, ſi modus abſit, eóq; ad voluptatem vtamur. Vinum namq; illiberaliter & immoderatè ſumptum infinitorũ morborum & malorum eſt cauſa.

AEgritudines variȩ ex vini intẽperãtia. Hìnc enim prodeunt paralyſes, conuulſiones membrorum læthargi, articulorum morbi, capitis turbatio.

Hìnc genarum pallor, vlcera oculorũ, tremulæ manus, furiales ſomni. Hìnc fœtor oris, neruorũ tor-

por, rerum omnium obliuio, vt poëtarum quidam ait.

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas,
Vino sæpe suum nescit amica virum. Propersius.

Maximè verò nos illa Virgilij carmina admonent, vt ebrietatem fugiamus.

Nec Veneris nec tu vini capiaris amore,
Vno namq; modo vina, Venusque nocent.
Vt Venus eneruat vires, sic copia vini,
Et tentat gressus, debilitatque pedes.
Compedibus venerem, vinclis cõstringe Lyæum,
Ne te mũeribꝰ lędat vterq; suis.

Neque solùm hoc malum ebrietatis corpori incommoda affert: sed etiam permulta, quod dolendum est maximè, animis nostris

vitia parturit. Parui momenti res esset, si solùm corporib⁹ nocêret: cùm autem spiritui mentíque nostræ nocētissimū sit, eò magis formidandū est. Quis ignorat vini ꝓfusionem odij, rixarum, obscœni, immundíque sermonis, & stollidi amoris, omnis deniq; intemperantiæ, atq; luxuriæ nutrimētum esse? Sine Cerere, inquit ille, & Bacho, friget Venus. Notus est Lothi incœstus, qui ex ebrietate traditur esse obortus. Rectè igitur Apostolus, in vino, inquit, est luxus. Vinū nimis potum Holopherni exitiū fuit. Ebrietatem ergò & temulentiam prorsùs exhorreamus, & velut insaniā fugiamus, quæ nos brutis ac sordidis animantibus similes efficit, & fructu regni Dei cœlestísque gloriæ nos spoliat: neque enim regnum Dei est in cibo & potu. Nos itaq; potiùs vinum nouum in vtres nouos recondam⁹,

Aío magis quàm corpori vinū nocet.

Gen.19.

Ephe.5.
Iud.12.13.
Exhortatio ad sobrietatē.

Rom.14.

Math. 9.
Mar.2.

& corda noſtra ab omni vetuſtate carnis emundata Spiritu ſancto impleamus. Vtinam hoc vino ſpiritûs inebriati & ſancto quodam furore incitati parentum, amicorum, fortunarum, honorum, & rerum humanarum, propter Christum obliuiſceremur: hunc ſolùm verum Deum cogitaremus, & ſolùm, quæ cœleſtia ſunt, ſuſpiceremus. Hæc ebrietas ſpiritus non in decoros clamores, non obſcœna colloquia, non choreas laſciuas, non ineptas & turpes cantiunculas, non elegias, non carmina amatoria parit, vt Bacchi temulentia ſolet: ſed cantus diuinos intus in animis & cordibus excitat, & inducit, vt pia docta & iucũda carmina concinamus: vt pſalmos & hymnos ſpiritus perſonemus, quibus & Deus laudatur, & virtutes eius, & ſumma beneficia prædicãtur, vita denique noſtra optimis

Col. 3. Spũs ſanctus ab oĩ ſorde nos reuocat.

Ephe. 5.

Per Spm̃ ſanctum De⁹ laudatur.

vitæ moribus inſtituitur. Qui huiuſmodi vino ebrij ſunt, pro Chriſti nomine, vbi res poſtulabit, vinculis, telis, & omnibus humanis crucibus, læto animo & præſenti, ſeſe offerunt: certumque in animo habent, ſe diuinâ Dei miſericordiâ nunquam ſpoliatos fore.

Itaque ſequentem verſiculum ſumma cum voluptate concinunt, cum cantore cœleſti Dauide dicentes.

Et miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ.

De immensa Dei misericordia quæ nos, quandiu inter mortales uitam agimus, subsequitur, & comitatur.

Caput trigesimum. quartum.



Ratiam, liberalitatem, & benignitatem nostri pastoris hoc breuiori carmie noster rex & Propheta optimè descriptam expressit. Ostendit enim non satis esse 1.Pet.2.
Pastori & Episcopo animarũ nostrarum nos præuenire in benedi Psal.20.
ctionibus dulcedinis: nisi & pro sua in omnes clementia, & pieta-

te nos amplissimis vltrò beneficijs augeat, & ornet. Id quidẽ nõ vno die, non vno mense, aut anno: sed quandiu nobis est vita superstes. Cùm primùm enim in hanc lucem edimur, nos ita in fidem, & clientellam suscipit: vt verè omnes dicere possimus. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meę: in te proiectꝰ sum ex vtero, Deus meus es tu, ne discesseris à me. Hęc (quæ sua est in omnes benignitas, & clementia) nos vocat, vt vitam homine Christiano dignam, agamus: hortatur ad probitatem, nos etiam ipse comitatur, opem, consilium, & auxilium affert: Intus verò nos cohibet, ne laxis habenis in fœdas libidĩes ꝓcipitemur. Cùm sint pedes nostri ad effundendum sanguinem veloces, manus ad furta, rapinas, & inferendam iniuriam propensę: lin-

Psal.21.

Misericordia Dei nos à vitijs retrahit, & ad virtutes inducit.

Psal.5. 9. 13.139. Rom.3.

gua ad detractionem, calumniam, maledicentiamq; præceps: oculi verò capiuntur fluxarum rerum amore: singulæ corporis partes ad opera inutilia, ad fœditates, & innumera flagitia concitantur. Imprimis enim animus, sensus, ac humani pectoris cogitatio ad omne malum efferũtur. Sed istiusmodi morbos sua benignitate curat Dominus, & adhibito fræno timoris sui retinet. Nunc pudore, nunc iudiciòrum, suppliciorumq; metu, nunc legum suarum stimulo, nũc suî ipsîus amore, ne in multa sordium genera prorumpamus, coërcet. Quemadmodum enim olim ducem se præbuit in misericordia populo quem redemit ab obscura miseraq; conditione: à qua nulla humana virtute eximi poterat, eripuit, ita & nos, à longè infœliciore peccati seruitute, qua nostra detinetur vincta voluntas,

Gen. 6. 8.

Qua via nos ad pœnitentiam ĩducat Dñs.

Exo. 12. 14. 15.

Rom. 6. 7. 8.

omnium largitore fuerint conse-quuti? Cœlestibus equidē & diuinis Spiritus sancti muncrib9, illos ita cumulauit: & ad hanc vsq; tēpestatem à mūdi cōstitutione, per orbē vniuersum, sūmo amore ita prosequutus est, tātisq; vltrò beneficijs ornauit, vt nihil illis deesse, quod ad salutē illorū faceret, passus sit. Ita quoq; hodie etiā adest Ecclesiæ, & cū ea versat atq; vnà habitat vsq; in cōsummationē sæculi: Illi quidem Ecclesiæ cōtinua Sctī spūs inspiratiōe plucet, ac sacramētorū administratiōe opē affert, verbiq; sui illustratiōe inextinguibile lumē pbet. hæc mīa Dei, nos asiduè in ecclesia credētiū & sctōrū coīone cōseruat: hui9bnficio quottidie nouos & pios motus cōcipim9, qb9 corripi posunt aī morbi. Hęc est sola diuinę grę medicina, qua naturæ nostrę vitiū emandat, iustitię amor, ꝟtutis studiū in cordibus nostris excitatur.

Ephe.1. Dei bonitas in pios.

Math.28. Christus adest Ecclesiæ p spm, per sacramentorum & verbi sui ministerium.

Dei mīa qd ī nobis efficiat.

Nam Dominus assiduè quod nobis deest elargitur, & qui cępit in
Phi.2. nobis opus bonum, vsque in dié
1.Pet.5. aduentus sui perficit. Ignem diuini amoris in pectoribus nostris ac
Eze.36. cendit, vt relicta cordis duricie,
Innouat Deus cor in præceptis eius per totius vitæ curriculū ambulemus. Hæc Dei clementia aliena iustitia nempe
Rom.3.5 Iesu Christi nos induit, qua gratis iustificamur, saluamur, & pace cō scientiarum fruimur. Hoc est donum admirabile, quo vita hominum à morte eripitur, à periculis liberatur, & à crassis peccatorum tenebris educitur. Longè enim maior est hæc Dei misericordia,
Here,3. quàm scelera & flagitia nostra. Grauissimè certè peccabit ī Deū, seque inexpiabili scelere obstringet, quicunq; peccata sua maioré vim ad perditionem & damnationem habere censeat, quàm Dei benignitatem ad salutem. Fuit, fuit

horrendum

horrẽdum illud Caini ſcelus, quo ſe venia prorſus indignum reddidit, quod immenſam Dei miſericordiam ex imo pectore non implorauerit: ſed de ſalute ſua pœnitus cum diffidentia deſperauerit. Offendunt etiam grauiter, qui ſuis viribus animi labes & ſordes, eluẽre ſe poſſe confidunt: cùm tamen ſcriptura vbique doceat, Deum gratuitam ſuam benignitatem homini aperire, vt illum à morte ſuſcitet, ac nouam in Chriſto creaturam efficiat. Deus, inquit, Apoſtolus qui diues eſt in miſericordia, propter multam charitatem qua dilexit nos, etiam cùm mortui eſſemus peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto. Et alibi Deus eſt qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non ſunt, tanquã ſint. Quare arrogantiæ noſtræ frenum adhibeamus: oportet & gratiam Domini omni meritò noſtro po-

Gen. 4. Deſperat Caim de venia.

2. Cor. 5. Ephe. 2. Mĩa Dei à peccatis liberat.

Rom. 4.

Iob.41. tiorem esse credamus. Quis enim
Roma.11. præuenit me,inquit Dominus, & retribuam ei? Fateamur igitur cũ
Tit.3. Apostolo,benignitatem, & dilectionem erga nos saluatoris nostri
Pctores saluati, p miam. Dei apparuisse:quia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiã nos saluos fecit,vt iustificati illius gratia,vitæ cœlestis hæredes efficeremur.Discamus & nos à Domino esse vocatos vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum ac gratiã quæ data est nobis per Christum,
2. Tim.1. ante tempora æterna. Præstantius ergo est misericordiæ Dei, sese committere, quæ tanta est, vt
1.Cor.2. neq; oculis corporeis cerni, nec
Esa.64. auriũ sensu percipi, nec animo cõprehendi possit:Ideoq; cum Propheta nostro,quæ canit ipse, cantemus,& psallentes dicamus.

Quàm magna multitudo dulce-

dinis tuæ Domine, quam abſcon diſti timentibus te. Qua exclama tione admirationis plena, infinitam beneficentiam Dei laudat: quam quoniam verbis ſatis exprimere non potuit, nobis eam excogitandam, ac noſtris animis cõſiderandam reliquit. Qui etiam & nos frequenter hortatur, vt confiteamur Domino quoniam bonus, quoniã benignitas ipſius ſempiterna eſt: & rurſus, Memoriam, inquit, abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, & iuſtitiam tuam læti celebrabunt: Dominus enim beneficus eſt, & miſericors, patiens, & magnæ benignitatis, ſuauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius, ſuper omnia opera ei9: in hac immenſa Dei benignitate, & incredibili miſericordiâ, vita, & ſalus noſtra, repoſita eſt. Qua muniti victoriam aduerſus peccatum, mortem, Diabolum, infernũ,

Pſal.117. 136.

Pſal.144.

Laudatur Dei benignitas ab effectib9.

& contra vniuersam aduersariorũ
astutiam reportabimus.In hac be
Phi.4. nignitate possumus omnes per Ie
sum Christum,qui nos fortes effi-
1.Ioh.5. cit:Cuius pręsidio & auxilio satis
Ephe 6. instructi erimus in certamine hu-
ius mundi , contra omnem mali-
Ioh.15. tiam & potentiam.Absq; quo ni-
hil possumus,cuius sine diuîno il-
lîus fauore , vel amplissimę etiam
opes nihil profuturæ sint, per quẽ
vt per vnigenitum æternam bene
Ephe.1. dictionẽ nobis donauit pater ęter
1.Cor.1. nus. Sicut iurauit ad Abraham pa
Geñ.22. trem nostrũ , quod in semine suo
Luc.1. benedicerentur omnes gentes ter
Gal.3. ræ.Qua quidem in re Deus, cum
promissionis hæredibus cõsilij sui
constantiam,ac vim ostendere cu
peret,interposuit iusiurandum,vt
Heb.6. firmiorem consolationem habea-
mus,& benè nobis esse,omnique
Rom.1. nationi in Christo (qui factus est
Mat.1. ex semine Abraham & Dauid ,

iuxta carnis infirmitatem) ſperemus. Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per eum : vtque omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitã æternam. Venit certè, vt quæreret & ſaluum faceret quòd perierat. Certus eſt hic ſermo, & dignus, quem modis omnibus amplectamur, Chriſtum Ieſum in hunc mũdum veniſſe, vt peccatores ſaluos faceret. Qua ſententia, cùm nihil dici breuius, ſic etiam nihil maius nihilque nobilius, aut ſalubrius excogitari poteſt. Digna ſanè quę tanquam caracteribus aureis in pectorib⁹ hominum inſculpatur, inſculpta verò, nulla in æternum poſteritatis obliuione, nulloque interitu, deleatur. Omnes quidem peccatores ſumus, & proindè æternæ damnationis mancipia. Sed veniens in hunc mundum agnus

Ioh. 1. Chriſtus venit in ſalutẽ, nõ ad iudicium. Luc. 19. Math. 9. 1. Tim. 1.

Rom. 3. Ephe. 2.

ti,ac beatę vitę:non solùm coram hoĩbus, sed etiã corã ipso, qui ex occultis animi affectib⁹ nos existimat,& fidẽ,& charitatẽ potissimũ à nobis requirit.Ipse est, ipse inq̃, qui prædestinauit nos,vt adoptaret in filios per Iesum Christũ,iuxta animi sui sententiã,vt laudet diues gloria gratiæ suæ, qua charos nos reddidit ꝑ dilectũ filiũ, cuius consortio cõsequimur,quod nr̃is meritis nõ debebatur:per quẽ habem⁹ redemptionẽ,per sanguinẽ ipsîus,remissionẽ peccatorũ, per quem & pater nobis aperuit aditum ad superos.Hic est qui datus est nobis in fœdus,sempiternum, in benedictionem,iustitiam,salutem,& vitam:Quæ singula,per solam Dei gratiam in Christo nobis contigerunt: in hoc pater æternus diuinis, & cœlestibus bonis nos locupletauit, è seruitute Diaboli,peccati & mortis eripuit:per

Psal.43. Esa.29.

Ephe.1. Gal.4. Rom.8.

Esa.42. 49.

Per Christum fœlicitas oĩs

Psal.84. hunc auertit omnem captiuitaté, remisitq; iniquitatem plebis suæ, cõdonauit omnia peccata in Christo: Cuius purissimo sanguine expiauit, & deleuit chirographum Decreti, quod nobis contrarium erat. Mitigauit in eo omnem iram suam, & sese humano generi (cui multa iam sœcula iratus, atq; infensus erat) reconciliauit. Quomodò autem facta sit hæc reconciliatio, diuus Paulus his verbis ostẽdit, Cùm inquit: Commendat autẽ suam charitatem Deus in nos, q̃d cùm adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est, multò igitur magis iustificati nũc sanguine ipsius seruabimur ab ira per vitam ipsius: Hanc clementiam, & admirabilem Dei misericordiam, nos agnoscere decet: & ex aĩo credere, apud Dñm misericordiam esse, propiciationem, & copiosam redemptionem. Nemo

Col.1.2.

Rom.5. Charitas Dei per Christũ pacem & salutem præbet.

ergo deſperet, quandoquidem diuina bonitas neminem ad ſe redeuntẽ reijcit, modò ſanctè in ſpiritu humilitatis, & pectore contricto accedat in vera fide, & fiducia diuinæ miſericordiæ. Quod permultis hyſtorijs, in vtriuſq; teſtamenti ſacra pagina declaratur. Nónne Dauid, Acham, Manaſſes, Nabucodonoſor, et Niniuitæ, qui omnes turpi & nefando crimine offenderant, ad Dei miſericordiã confugientes ſuæ impietatis veniam ſine vllo temporis interuallo obtinuerunt? Nónne inter cæteros hæc gratia in peccatrice Maria Magdalene, In s. Mathæo, Zacheo, In latrone (qui cùm eſſet in extremo vitæ ſupplicio ad cęleſtem illam hæreditatem vocatus fuit) clariùs illuxit? Nónne inſtar fontis exuberauit ſupramodũ hæc benignitas, in ſanctis Apoſtolis Petro, & Paulo? ille quidẽ Do-

Ioh.6.
Ps.50.
2.Reg.12.
3.Reg.21.
2Para.33.
Danie.4.
Ion.2.3.
Luc.7.5.
19.23.
Math. 9.
Peccatores Chriſtus recipit ad veniam.

Math. 17. minum ſuũ(cuius maieſtatem &
26. gloriã in mõte viderat) ingratus
Mar. 14. abnegauit: & in deteſtandã blaſ-
Luc. 22. phemiã lapſus eſt. Verũtamen aſ-
Iohan. 18. pectu ſui ſaluatoris cõmot9, egreſ-
ſus ab impiorũ cõſortio, fleuit a-
marè, & veniam obtinuit. Hic ve-
rò qui cùm priùs blaſphemator
Acto. 9. eſſet, & eccleſiæ perſequutor, &
Gal. 1. in mẽbra Chriſti crudelis, miſeri-
1. ad Tim. cordiã tamẽ adeptus eſt: vt in eo
1. primũ oſtenderet Ieſus Chriſtus
Diuinæ clementiæ ſuæ exẽplar, ijs
qui in ipſum credituri eſſent in vi-
tã ęternã. Hûc flectantur, quoniã
hûc pertinent illæ ſententiæ euã-
gelicæ, Non veni vocare iuſtos,
Math. 9. Sed peccatores ad pœnitentiam.
Luc. 5. Qui ſani ſunt medico opus non
habent, ſed qui malè habent.
Item dulces illæ orationes quib9
Dominus benignè omnes ad ſe
inuitat, dicens, Venite ad me om-
Math. 11. nes qui laboratis, & onerati eſtis,

ego reficiã vos. Si quis ſitit veniat ad me, eũ qui venit ad me, nõ eijciam foras. Si quẽ ergo malè actæ vitæ conſcientia premit, hoc vnicum illi remedium ſupereſt: hæc ſola reſtat medicina, vt miſericordiæ diuinæ, tutelę & protectioni optimi paſtoris, toto pectore tradat ſe totum, & cõmittat. Quem aduocatũ habemus, & patronum apud patrẽ, qui ſeruare poteſt oẽs qui per ipſum accedũt ad Deum, ſemper viuens huius rei gratiâ, vt interpellet pro nobis. Chriſtus ergo Pontifex ille ſummus nobis adeundus eſt, quippè qui propiciatio eſt pro peccatis noſtris. Nec verò ſolùm pro noſtris: verum etiam pro totîus mundi: omnes enim peccauêrunt, & qui peccant, omnes gloria Dei deſtituuntur: iuſtificantur autem munere gratuiti fauoris Ieſu Chrîſti, idque beneficio redemptionis,

Ioh. 7. Ioh, 6. 1. Ioh. 2. Heb. 7. Rom. 8. 1. Ioh. 2. Rom. 3.

quam per Iesum Christum assequuti sumus. Is est in quo patri complacitum est vniuersam habitare plenitudinem, & per quem cuncta sibi reconciliare voluit, pacificatis per sanguinem crucis eius, siue quę in terra siue quæ in cœlis sunt. Non est enim in alio quoquã salus, nec aliud est sub cœlo nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Non ergo expectemus aliunde opem & auxilium, quã ab eo qui est nostrum præsidium, nostra salus, nostra redemptio, sapientia, et sanctificatio nostra: per hunc media in morte nos conseruari, et ex morte in vitã semper lætissimam transferri posse, verè & ex animo credamus. Si languemus, ab hoc vno veram & solidam cõsolationem petamus. Si captiui sumus, imploremus fido pectore benignitatẽ Dei, & ille sui sanguinis pre-

Colo.1.2.

Acto.4.

Per Christũ largit nobis deus omnia

1.Cor.1.

Io.1.6.10.

In oĩbus angustijs ad Christum confugiendũ

Colo.1.

cio redimet nos:atq; ab omni vitio,& impuritate liberatos sui regni hæredes efficiet: Si vllius rei laboramus inopiâ, Christi fidem inuocemus,qui nos abundè ditabit.Hac via,læta placidaq; mente semper erimus, affluet in nobis gaudium,& lætitia, cor nostrum erectum in Domino securumq; reddetur, exploratumq; habebimus,nos nusquã Dei bonitate,& misericordia destitutos fore. Sed quis huius diuinæ clementiæ immensam ac superabundãtem clementiam enarrare queat, quam nulla vis ingenij capere potest? Misericordia quidẽ Domini plena est terra. Nulla est, nulla fuit, aut erit vnquam in toto terrarum orbe creatura,quæ non abundè fructum diuinæ misericordiæ perceperit.In cœlo hæc Dei virtus habitat,ibi propriam sedẽ habet: Inde se diffundit in omnes orbis

Ps 32. Mia Dñi oibus se exhibet.

Ps.35.

nationes,& ſeſe à generatione in generationem,à progenie in pro genię porrigit.Propterea & De⁹
Ephe.2. diues in miſericordia,diues in om
Roma.10 nes qui inuocant illum nuncupatur:ſed inter cætera rationalis homo diuinę benignitatis particeps eſt.Multa enim Deus, nobis & grauia dedit,ſui in hominem fauoris argumenta:& præclara ſuæ in eum clementiæ teſtimonia præbuit.Quid enim nō hominis gra-
Gen̄.1.2.3 cōmemo rātur bn̄ficia dei in hominē. tiâ condidit?Hunc terræ cœlorūq; ambitum tornauit: quæq; eis claudūtur,animantiū et frugū formas edidit,vt illa noſtris cōmodis inſeruirent.Nos præterea vltrò fecit ea gratia & dignitate præſtan-
Gen̄.1. tes,vt ad imaginē ſimilitudinēq;
1.Cor.11. ſuam cōdiderit, quo quid maius dici aut excogitari poteſt?Deniq; noſtræ tutelæ rerū oīm domi-
Ps.8. niū cōmādauit.Nec verò illi ſatis (Quoniā ſup oēs pater pius eſt)

ſummã ſuam in nos clementiã innumeris,ac locupletiſsimis ſancto rum hominũ patefeciſſe teſtimonijs,niſi & vnigenitũ filium ſuum in hanc ærũnæ & calamitatis vallem,humani generis gratiâ mitteret,vt verbũ caro fieret, nobiſcũ eſſet,viueret,vt ad noſtrã inſtitutionẽ vnà nobiſcũ habitaret, & morareť,et tãdẽ in carne moriẽs, ſalutẽ nobis,vitã,& cęleſtẽ hæreditatẽ cõferret.Sũmã hãc in nos charitatẽ,et cumulatiſsimã benig nitatẽ diu9 Iohãnes euãgeliſta,his verbis explicat.De9 charitas eſt, in hoc apparuit charitas Dei ĩ no bis,qđ filiũ ſuũ vnigenitũ emiſit Deus in mũdũ,vt viuam9 per eũ, In hoc eſt charitas,nõ quod nos dilexerimus Deum, Sed quod ipſe Prior dilexerit nos, & emiſerit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.Hanc eandem Dei beneficentiã, diuus etiã

Pręcipuũ ſignũ amoris qđ ꝓprio filio nõ pepercit pater.

Ioh.1.3.
1.Petri.1.

1 Ioh.4.
Charitas Dei filiũ ad nos miſit.

Apoſtolus Paulus hac grauiſsima ſententia exprimit dicens, eramus natura filij iræ ſicut & cæteri: Sed Deus qui diues eſt in miſericordia, propter multam charitatem ſuam qua dilexit nos, etiam cùm eſſemus mortui, propter delicta, conuiuificauit nos vnà cum Chriſto (cuius gratia eſtis ſeruati) ſimulq; cum illo reſuſcitauit, et ſedere fecit inter cœleſtes, per Chriſtum Ieſum: vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus opulentiſsimam gratiam ſuam, per benignitatem qua vtitur erga nos, gratia enim, Inquit, eſtis per fidem, idq; vobis Dei donum eſt, nō ex operibus ne quis glorieť. Nam ipſius opus ſumus, conditi in Chriſto Ieſu ad bona opa, q̄ pręparauit Deus, vt in illis ambulemus. Diligenter ſanè hæc Apoſtoli verba obſeruanda ſunt, & fideli memoriâ recolenda. Qui alijs etiam cō-

Ephe. 2. Mīa Dei à peccatis nos liberauit.

Ad bona opa conditi ſum9

pluribꝰ copiosam Dei in nos charitatem ostendit, & immēsam illā ac superabundantē gratiā prædicat: quæ nō quærētibus liberaliter præstatur, & non postulantibus vltrò tribuitur: sicut Esaias liberè pronūciauit sub persona Domini loquens, inuētus fui his qui me non quærebant, Conspicuus factus sum his qui d e me non interrogabant. Secundum hanc misericordiam saluos fecit Dominꝰ, per lauacrum regenerationis, ac renouationis spūs sc̄tī, quē effudit in nos opulēter per Iesum Christū saluatorē nostrū, vt iustificati illius gratia hæredes efficeremur, Iuxta spem vitę æternæ.

Rom. 10. 11.

Esa. 65. Vocatio gētiū annunciat.

Tit. 3. Saluamur p baptisma ī Christo.

Hæc summa, Ingensq; misericordia Dei, nos per varia vitæ discrimina fidelissimè custodit, & vt immensa est benignitas, passim nos comitatur dies ac noctes, semperque præsto est, vt opem

nobis afferat, vt prouideat, & ab omni periculo nos liberet. Quemadmodum satis abundè primis quinq; huius psalmi versiculis variè tractauimus. Omnes ergo à Dei benignitatē pendeam⁹, sine qua nos interire necesse est. Cùm nihil vsquam tutum esse posit, Si Deus à nobis sui amoris & beneuolentiæ vultum auertat. Quód mirificè Propheta noster attestatur in psalmis dicens, Aperiente te manum tuam omnia replebuntur bonitate, auertente autem te faciem tuam turbabūtur, auferes spiritū eorum et deficiēt, et in puluerem suum reuertentur. Quamobrem Deus assiduè nobis orandus est, vt nostrî misereatur, benignè nobiscum agat, & serena fronte calamitates nostras respiciat, gressus nostros dirigat & semitas virtutis edoceat. Ne varijs vitiorum tenebris inuoluti in er-

Exhortatio ad dei benignitatē suscipiendam

Ps. 103.

Ps. 24. 66

Orandus Deus vt bnuolentiam suā declaret benigno aspectu.

rorum caligine ambulemus: Sed per vias vitæ huius arduas nos comitetur, nobiſcum vnà ſit, in rebus ſecundis & aduerſis: ita enim fiet vt miſericordia & auxilio huius optimi paſtoris muniti nullis erroribus, nullis ſceleribus, vita noſtra vitiari poſſit. Sed potiùs ab omni immundicia alieni ad leges colendas incitemur, quas cupidiſsimè ſequamur, vt metã præceptorum Dei tandem contingamus. Excitabit enim nos ad omne ſtudium pietatis, Immenſa illa paſtoris noſtri miſericordia. Qui non aurũ, non argentũ, non res aliquãdo perituras, Sed ſemetipſum, immenſum, æternũ, incõparabilẽ, gratìs ꝓ nobis dedit: Vt redimeret ab omni iniquitate, & populũ peculiarẽ ſibi ipſi purificaret, ſectatorem bonorum operum. Neq; enim decet vt in peccatis illis viuamus,

1 Petri.1.

Tit.3.

Roma.6

à quibus per gratiam eius erepti
sumus, actã magno precio libera-
ti. Nã peccata nostra ille super lig
Esa.53. num in corpore suo ptulit: Quò,
1.Petri.2 vt inquit Diuus Petrus apostolus,
peccatis mortui iustitiæ viuamus.
Debemus itaq; nos qui hæc cre-
Roma.8. dimus, conformes fieri Imagini
vnigeniti filij Dei, & carnem no-
Gala.5. stram vna cum vitijs & concu-
Roma.6. piscentijs crucifigere, cum Chri-
sto mori, simul & cum illo resur-
Ephe. 4. gere, & in nouitate vitæ ambula-
Col,3. re, fidem omnem ostendentes bo
nam, & doctrinam saluatoris no-
Tit.2. stri Dei, ornãtes in omnibus. Illu-
2.Tim.3. xit enim gratia illa salutifera, eru-
diens nos vt abnegata impietate,
& mũdi cõcupiscentijs, sobriè iu
stè & piè viuamus in præsenti sę-
Tit.2. culo: expectantes beatam illam
spem & illustrationem gloriæ ma
gni Dei & saluatoris nostri Iesu
Christi. Existimemus itaque nos

mortuos quidẽ esse peccato, viuentes autem Deo. Ponamus aßiduè ante oculos propensam nostri pastoris in nos voluntatem, Cuius misericordia subsequitur nos non breui quidem tẽpore, Sed omnib⁹ diebus vitæ nostræ. Nam neq; nos tanto studio quærimus vt nobis benè sit, quanto, ille vt nobis bñfaciat. Magnoquidẽ feruore, magnoq; amore, miseriæ nostræ miseretur. Ingratissimi certè erimus, si magna hæc atq; immensa beneficia quibus nos cumulatißimè ornat, non agnoscamus, non celebremus, & benefactorem non veneremur.

Roma.6.

Mĩa pastoris nũ q̃ deserit nos.

Sed iam de eximia Dei
misericordia satis
dictum esse arbi-
tror: superest
vt ad pasto
rum in-
stitutionẽ transeamus.

Quomodo paſtóres ouibus præire debeant, & ſe gregis duces præbere, & ſubſequi fideles, omnibus diebus vitæ eorum.

Caput trigeſimum Quintum.

Ioh.10.



Vēmadmodum bonus ille Paſtor ouiū Chriſtus Ieſus, non ſolùm ſua miſericordia ſubſequitur nos per omne vitæ tempus, verum etiam exemplū nobis benè viuendi, & pœnitentiæ præbet: Ita qui immortalium animarum curam gerunt, ſeſe duces ouibus exhibere cōtendāt, et qua via

Paſtores quales eſſe debeāt

& tramite ad fœlicitatem æternam, optatamque patriam peruenire poſsimus præclaris virtutum exemplis oſtendant. Epiſcopatus quidem munus optimum & honeſtiſsimum eſt, ad quod iuſta via accedendum eſt, & per oſtium introeundum. Nemo ſibi, Inquit Apoſtolus, vſurpet hunc honorem niſi qui vocatur à Deo velut Aaron. Ambitio enim, & dominandi libido tanquàm peſtis perniciosiſsima, in functione huius muneris euitanda eſt, quæ ſi in paſtoris animum inceſſerit, iam non paſtor, ſed prędo, Lupus, Latro, & tyrannus, futurus eſt. Nemo ergo temerè regimini animarum, aut adminiſtrationi verbi Dei, & ſacramẽtorũ ſe ingerat: Donec ijs facultatib9, & armis planè īſtructus fuerit, quibus huic muneri ſatisfacturus videatur. Sic enim Chriſtus

1. Tim. 3.

Ioh. 10.

Heb. 5.

Non temerè accedendũ ad fũctiõnem muneris publici.

cùm Apostolos missurus esset, virtute eos induit exalto, & donis Spiritus sancti ornauit. Ideò et Diuus Paulus non temerè admonet Timothæum, vt nemini citò manus imponat, ne aliorum peccatis se cõtaminet. Hac ratiõe olim cùm presbiteri crearentur, preces suplicationésque publicè fiebant: nam cùm intelligerẽt se rem omnium maximè seriam agere, nihil nisi cum summo studio, & cõsilio tentare audebant. Vbi autem Rectores legitimè vocati, ingressi fuerint in ouile ouium, tunc verè pietati inuigilent, & studeant adeò inculpatæ vitæ esse, vt à nullo iure reprehendi possint. Sit in eis summum innocentię studium, ne quod rectè & sanctè docent, prauâ & impura vitâ destruant, & contaminent. Nam turpe est cùm vita pugnat, cum oratione. Quis em̃ aures benignas prębeat,

Acto. 1.2.
1. Tim. 5.
Acto. 14.
Consilio opus est ĩ omni re. seria incoanda.
1. Timo. 3
Tit. 1.
Ps. 49.

impuro homini, de sanctimonia disputanti? Proinde sanctus Apostolus, hoc efflagitat, vt qui destinati sunt censores morum, accusatores scelerum, & omnis iniquitatis extirpatores, caueant quàm diligentißimè, ne quod in alijs volunt ademptũ in ipsis tenaciùs inhæreat. Nam quæ vindicamus in altero nobis ipsis, quàm maximè fugienda sunt. Augenda & defendenda est religio his artibus, quibus Christus, augeri & defendi præcepit, & quibus Apostoli vsi sunt: Hoc est honestate vitæ, innocentia, probis moribus, syncero cultu, prece, studiosis concionib9, non sęuitia, non scelere. Pudiciciã igitur, & castitatem ament, scortationem autem & impuritatem, & in se, & in alijs damnent: & tales se inter oues præbeant, quales videri volunt. Speculatoris & vigilis officium agãt, oculos quoquo-

Rom.2.
Math.7.
Luc.6.
Mat.5.10.
1. Tim.3.
Eze.33.

uerius circunducant, hostes cùm domesticos, tùm exteros obseruent: & diligenter caueant ne irruptione facta gregis dominici salus & pietas periclitentur. Maturâ prudentiâ rebus consulant, modestiam, sobrietatem honestatem ita præ se ferant, & bonis morib9 præstent, vt sint alieni ab omni leuitate, morumq; ineptia, quæ doctoris & authoritatem, & reuerẽtiam minuunt. Optimi Pastoris veram imaginem in se ipsis exprimant: vt qualis hic fuit, tales & ipsi sint. Ab hoc vitæ rationem postulent, & exemplum sumant proximis benefaciendi. Arrectis auribus, & intento animo audiant, eũ his verbis loquentem. Exemplum præbui vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis. Cùm sint igitur ipsi patres, medici, speculatores, imò etiam tutores, & Pastores, vt prioribus huius psalmi versi

Vigilãdũ est ne ab hostibus imprudẽtes opprimamur.

Ioh. 13.

culis diximus, omni ſtudio patrũ munere fungantur, filios foueant, & ſtudeant illos in omni diſcipli- na educere, & correctione Domi ni inſtituere: languidos ſuſcipiant, puſillanimes conſolentur, infirmo rum imbecillitates refocillent, ad uenas & vagos qui tecto carent, hoſpitio retineant, beneficentiam liberaliter exerceant. Nihil, quod ſit in ſua illorum facultate poſitũ, illis, qui ſub tutela eorum conſti- tuti ſunt, quod prodeſſe poſsit, de eſſe patiantur. Omnem operam ſtudioſè adhibeant, vt præſenti obſequio à grege moleſtias de- pellant. Si qui egeſtate pre- mantur, ſi qui inopiâ, ſi qui cala- mitate & miſeria, aut caſu aliquo & fortuna afflicti ſint, ipſi Paſto- rum, abundantiâ ſubleuari de- bent. Si perditiſsimi noſtræ ſa- lutis hoſtes, Eccleſiæ deſertores, fidei Apoſtatæ, gregem adoriãtur:

Ephe. 6.
Teſ. 5.
Eſa. 58.
Eze. 18.
Math. 25.

Paſtores ſolliciti eſſe debẽt de afflictis.

Ioh.10. non dubitent pro ipſorum ſalute capitis ſubire diſcrimen. Sicut enim bonus ille Paſtor animam in mor-
1.Ioh.3. te pro ouibus ſuis tradidit, ſic &
Paſtor gregi ſuo vitā debet, nos debemus pro fratribus caput morti opponere. Paſtores igitur cùm Lupum venientem viderint, forti animo ſe illi aduerſos primi toto pectore opponant: Vt illum omni conatu à caulis arceant. Cũ
Math.5. ſint enim illi lux mundi, & ſal terræ, Chriſtianæ plebi optimis virtutum exemplis, & ſaluberrimis doctrinis opitulari, & ſuccurrere cõtendant, & probis vitæ moribus, ita prælucere ſtudeant, vt de illis nemo conqueri poſsit. In medio
Phi.2. nationis prauæ, atq; peruerſę, tanquam luminaria in mundo, ſermonem vitæ continentes, luceãt. Ne-
1.Pet.2, que captent ab hominibus gloriam, ſed vt ſynceri filij Dei, honeſtam vitam agentes, omni ſtudio conentur, vt ex bonis operibus

glorificetur pater,qui in cęlis est. Math.5.
sint igitur illorum mores,ab omni
humanę fecis contagio purgati:
ambulent sine macula, candido
sint pectore,& mundo corde, vt Psal.14.23
illi placeant cui ingrata est omnis Rom.13.
impietas: Abijciant autem opera
tenebrarum,mo ęs actúsque no-
cturnos,quorum nos in luce pu-
deat. Exuant veterem hominem, Ephe.4.
& induant nouum,qui secundum Col.3.
Deum creatus est per iustitiam,&
sanctitatem veritatis. Expurgent
vetus fermentum,& ab animis de 1. Cor.5.
pellant omnem obscœnam con-
cupiscentiam: & ita vitam omnē
compōnāt,vt Deo,Angelis,& ho
minibus se filios lucis esse probēt.
Absit indignatio,maledicētia,tur- Eph.4.5.
pis & lasciuus sermo: Adsit verò
comitas,modestia, & omnis pie-
tas & miseratio :sit sermo illorum
in gratia sale conditus: commodè Col.4.
tractent verbum veritatis, puris

doctrinis, crebro monitu & hortatu, succurrant labenti Christianorum Ecclesiæ: vt sapientes architecti, probè Ecclesiam Dei ędificent: nec aliud fundamẽtum ponant præter illud quod positũ est, quod est Christus Iesus. Salem sapientiæ super fideles infundant, & eos moneant ne quid immoderatè gestiant: ne quid efferant quod sanctitatem non sapiat, vel iustitiã, & probitatem non redoleat. Doceant eos ori custodiam, & ostiũ circunstantiæ ac frænum labijs adhibere: Aures ad voces Syrenarum obturatus habere: neque illas præbere patulas: obscęnis, turpibus, & maledicis sermonibus: oculos à vanitatibꝰ huius sæculi auertere. Instruant quoq; vt manus, et pedes, ac reliquas corporis partes, vt puræ sint à ferocia, à temeritate, ab acerbitate, violentia, & cæteris id genus vitiorum carnisque

1.Cor.3. Fundamentum Ecclesiæ Christus.

Psal.38. Omnes corporis sensus ab indecoro cohibẽdi Psal.118.

ſordibus. Hoc verò in Paſtore pręcipuum ſit, vt auri & argenti famem (Chriſtiano pœnitus indignam) ab anio depellat. Ita enim poſt Chriſtum nos docet Diuus Petrus Apoſtolus Paſtor ille primarius: paſcite inquit quantùm in vobis eſt, gregem Chriſti, curam illius agentes, non coacti, & inuiti, ſed volentes: non turpiter affectantes lucrum, ſed animo propenſo, & beneuolo, neque ſeu dominium & imperium exercentes in clero, ſed vt ſitis exemplaria gregis. Quibusquidem verbis oſtendit Paſtori non ſatis eſſe, bonorum operum exemplis, ouium ſaluti & incolumitati conſulere, niſi & in vi verbi omnibus viribus contendat, & enitatur opus Euangeliſtæ perficere, docere, ad meliora hortari, arguere, obſecrare, verboq́; vitæ & veritatis

1.Tim. 6.

Pet. 5.

2.Tim. 4.

pascere, recreare, cõsolari, & aqua sapientiæ salutaris reficere: vt superioribus versibus ostendimus. Pastores ergo & Episcopi, quique fidelibus pręsunt, summam omnes diligentiam adhibeant, ne quid ex eo grege amittant, pro cuius salute Christus mortuus est: & quem suo sibi sanguine acquisiuit. Alacri autem animo ac lubenti, hoc quicquid est muneris suscipiant, & eo fungantur. Nec verò priuatum ex eo quærant compendiũ, aut ambitiosi, dominium, tyranni demúe sibi vsurpent in clerum.

Acto.20.

A quibus vitijs alieni Pastores esse debent.

Multa hûc alacritas, multa accedat diligẽtia, ac labor indefessus. Neq; tamen hęc prouincia detractanda est, quòd plurimùm laboris, plurimumque habeat molestiæ; sed strenuè, & summa cũ voluptate, sacrosanctum hoc negotium peragendum est, idque gratis. Atque in hac parte officij, & pastoralis

Labor nõ deterreat Pastores.

Math.10.

paſtoralis functionis ab auaritia, & munerum corruptela, magnoperè abſtinendum eſt: cùm omnium malorum radix ſit & fortiſſima quæq; mœnia penetret cupiditas. Neq; tamen lucrum honeſtum ex re honeſtâ damnamus: nam ipſe Dominus voluit, vt qui Euangelium annunciaret, de Euãgelio viueret: nec eſt alligandum os boui trituranti. Et qui ſpiritualia ſerũt, carnalia mectere poſſunt qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt: & qui altari aſsiſtunt, vnà cum altari participant. Quis enim militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineã, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte eius nõ mãducat? Abſit tamen turpis quęſtus, & longè recedat damnata cupiditas. Malè certè erit omnibus, in religionis negotio cauponantibus, qui tantùm lucri gratiâ prę-

Exo.18.23
1. Tim.6.
Math.10.
Deut.25.
1.Cor.9.
Deut.18.

dicant, docent, & sacra ministrāt, in quos sancti Prophetæ acerbissimè inuehuntur, & Dominus Iesus Christus eos nomine mercenariorum notat. In cuius vitij detestationem, ementes & vendentes, magna cum indignatione eiecit è templo. Legimus autem plurimos huius vitij gratiâ miserè diuinam vltionem pertulisse. Nónne Achā propter pecuniam, & clamydem, & linguam auream, quæ de anathematæ Hierico sumpserat, cū omni familia sua lapidibus obrutus est? Nónne Giezi qui accepit â Naaman munera quæ Eliseus recusauerat lepra percussus est, adhæsitq; illi & semini eius perpetuò hoc contagiū? Si talibus hodie Pastoribus grex Domini septus esset, in quibus esset veritas, qui oderint auaritiam, quique semetipsos præberent bonorum operum eximiū quoddā exemplar,

Eze. 34. Ioh. 10. Math. 2. Mar. 11.

Ios. 7. 4. Reg. 5.

2. Tim. 3.

in doctrina,grauitate,integritate, qui gregem tyrannorũ more non opprimerẽt:ſed amarent ſyncero animo,tanq̃ patres filios: neq; imperarẽt,vt ſolẽt reges,ſed quæ paſtore digna ſũt,obſeruarẽt:nõ tot oues errantes cerneremus: nõ tot fera peſsima miſeras pecudes diſpergeret, raperet, & deuoraret. Vbi plebecula rectores,& Epiſcopos,pietatem colere,ſanctitatẽ,& iuſtitiam ſectari videret,prompto animo,atq; expedito, illorũ iuſſa capeſceret,beneuolè parêret vel ad nutum:& quæ illi imperarent peragenda,æquabili ſtudio perferret. Vtinam tales hodie Paſtores enaſcerentur,quales Eccleſia Dei deſiderat:qui veſtigia Chriſti imitari non grauarẽtur,ſed ad gregis vtilitatẽ pro eo,ac fieri debet,ſuas curas omnes intenſas haberent, qui virtutum exemplis, ſuas oues allicerent ad probitatem,

1.Pet.5.

Paſtorũ culpâ oues pereunt.

Pium votum et deſiderium vt digni pficiantur gregi

Math.7.

& errantes à lata & ſpacioſa via,
quæ ducit ad perditionem, ſum-
ma modeſtia, ſingulari dexterita-
te, ac ſacra verbi Dei prædicatio
ne reuocarent. Nam talibus om-
nes proculdubio aſſentirẽt, & ob
ſequerẽt. Verùm (prô dolor) ma
gno noſtro incommodo factum
eſt, vt hi ſępenumerò regẽdæ Ec-
cleſiæ Dei præficiantur, qui ven-
tri, ſomno, libidini, auaritiæ potiùs
inuigilant, quàm Chriſti gloriæ.

Querela iuſta de ineptis paſtoribꝰ

Phi.3.

Quanta nunc quæſo bone Deus,
morum veteris & noſtræ recentis
Eccleſiæ differentia? Illa quidem
habuit Epiſcopos ſanctos, inte-
gros, doctos, conſtantes, impigros
& ad omnia pericula pro Chriſti
& iuſtitiæ nomine ſubeunda for-
tiſsimos, & promptiſsimos: quibꝰ
nihil prius, neque fortius fuit, quã
Chriſtianam rempublicam, & Ec
cleſiæ Dei ſanctitatem, & ſaluber
rima Chriſti inſtituta, quàm latiſ-

Quales Paſtores vetus Eccleſia habuerit.

ſimè propagare. Ideoque omne tempus lectioni ſacræ precibus, et prædicationi, viſitandis ægrotis, conſolandis afflictis, ſtudiosè con ſumpſerunt: qui neq; ſatis eſſe putârunt, dum viuerent prodeſſe, & gregi conſulere, niſi poſteritatis optimè rationem haberent. Itaq; præclara nobis conſcripsêre volumina, & egregij, pij, & docti animi monimenta dedêrunt: pleriq; verò pro veritate, & Chriſto ſanguinem effundere non dubitauêrunt. Hac verò tempeſtate noſtri Paſtores, Rectoresq;, & Epiſcopi, (heû quantùm ab illis in alios mutati) plerumque indocti ſunt, ſacrarum rerum pœnitus ignari, corrupti, impij, voluptatum ſtudioſi, qui vt in vænatione, in alea, paleſtra, equeſtri militarique doctrina, & aulica vita exercitati ſũt: ita in orationibus, lectione Biblica, & ſanctiſsimo prædicandi Euã

Antitheſis nr̃orũ Paſtorũ ad eosq̃ quõdam præerant Eccleſijs

gelij ministerio, prorsùs inertes. Loco maiorum, quos antiquitas, ad posteritatem illustrandam in sacris literis ęgregiè educatos, & optimis studijs institutos produxerat, quidam insurrexêre, nomine quidem pastores, re autem ipsa tõsores, incompositi, sine modestia, imò lupi rapaces, nullo virtutis exemplo præditi, qui de reparanda Ecclesia nutriendis ouibus, elimãdis vitijs, medendis vulneribus nihil curant, sed de lana duntaxat & lacte percipiendis cogitant, & augendis diuitijs solliciti sunt: in fortunæ bona, irritamenta malorum, hiantes qui proprium commodũ omnibus in rebus spectant, & maiori studio amplectuntur, quàm quæ ad cultum virtutis, & amplificationem Ecclesiæ pertinent. O verè mercenarios, qui suum suáque cómoda omnia gloriæ Christi præferunt: Qui dum Lupus, Lu

Eze. 34. Iere. 23. In Pastores qui neglecto grege xpi quæ sua sunt quærunt

Ioh. 10, Phil. 3.

pinaque cohors, Christianum gregem dillacerat, conniuent, tacent, non increpant, neque opportunè, neque importunè instat: sed quod stulti gregis libidini placet, hoc docent, vt gloriam huius mundi vænentur, & priuata commoda aucupentur. O miserrimam ouiū conditionem, quæ nihil nisi ferarum dentes, & immanissimas fauces crudelium bestiarum expectant, eò quod illis non sit Pastor. Nūc boni mores (prô dolor) vnà cum viris bonis interierūnt. Nūc scelerum seges ita increuit, vt ferream illam ętatem vincat hoc sœculum. Quoquô te vertas dira illa vitiorum portenta imminent, agitant, & genus humanum terrent, perijt amor, exinaniuit fides, exulauit religio. pietas, & Ecclesiæ honestas omnis: eoque cæcitatis huius tempestatis homines venerunt, vt malis suis delectētur:

2. Tim. 4.

Oues mi seræ sub infideli pastore. Iere. 25.

Calamitas huius temporis describit.

Eſa.51. Eze 36. Rom.2, 1.Pet.1. 1.Cor.6.7

quò fit, vt ſanctiſsimum verbum Dei propter noſtram improbitatem, & iniquiſsimos vitæ mores apud infideles malè audiat. Siccine bone Paſtor, mercenarij Paſtores oues tuas, quas tam charo tuo ſanguine redemiſti, nihili faciunt, diſpergunt, enecant?

Quis hæc ſine magno dolore animi audire poterit? quis non ingemiſcet? aut quis temperabit à lachrimis? Nolim tamen eò me progreſſum eſſe quiſquam exiſtimet, aut hæc me ita dixiſſe, quaſi cupiam probis & integris labem inferre, aut ſtudioſis hominibus, & fortibus viris aliquid detrahere: vel probè vigilantibus, notam infamiæ inurere. Non eſt hic mihi animus, nō eſt ſcopus, ita me De⁹ amet, nec eo ingenio natus ſum, vt hac noſtra oratione quemquã notare velim, aut moleſtiam vlli afferre, qui caſtè, integreque verſa-

Quod in improbos dictũ eſt iuſtis nõ aſcribatᷓ.

tus sit.in hoc meo studio,ac labore,affirmare ausim, me neque eo animo hunc laborem suscepisse, vt cuiusquam boni viri laudi detraherem:sed vt,si quomodo facere possem,eniterer ad rectum officium vnumquemque reuocare, atque impellere,vt huic tam magno malo pro se quisque studeat precibus, lachrimis,fidei integritate,firma in Deum fiducia, summa totius vitæ,innocentia,opitulari & succurrere: à Christo supplices contendere, vt pro cuius reipublicæ salute,ipse se deuouit, hanc ægrotam,ac propè labentē aliquando respiciat. Qui se igitur Pastores gregis profitentur, satagant omni virtute, omni diligentia, charitatis feruore, & summa probitate adhibitis, dominicum gregem moderari, debiles confirmare,omnium virtutes augere,labefactatos Christianorum mores

Quæ sit authoris mens, & intētio.

Ephe.5.

Exhortatio ad Pastores.

Acto.20.

euellere, atq; in melius reuocare, & tales se ipsos præbere, quales et cæteros esse cupiunt, et æquū esse censent. A grege suo se diutiùs abesse non patiantur. sint autē illorū delitiæ, cum ecclesijs quas cœlestibus nuptijs sibi despōderunt recúbere, cum filijs ecclesiæ permanere, Cum illis esse, & assiduè vnà viuere, omníq; sollicitudine creditū gregē custodire, & benè moderari: vineā domini, ad quam excolendam missi sunt, legitimè curēt, & talentū à dn̄o creditū benè collocent: ne rediens pater familias, vbi illud in terra fossum, & abscóditū esse intellexerit, eos tāquam seruos inutiles trudi iubeat in tenebras exteriores. Sic igitur agāt sic se habeant, sic se componant, vt cùm pastoralis curæ ratio reddēda fuerit, tuti, securi, lætiq; respondeant. Ecce, reddo Domine quas mihi dedisti oues, Nullius

1. Tim. 5. Tit. 1. Absentia pastorū mala.


Math. 21. Esa. 5. Math. 24 25. Luc. 19. Donis Dei benè vtendum in illius gloriā & proximi cōmodū

iacturã feci, depositum custodi- ui, fidem seruaui, reposita est mihi immarcessibilis æternæ glorię corona, quã dabit iustus Iudex. Cogitent omnes qui ouib⁹ pręsunt, exactissimè reddendam esse rationem de oĩbus, corã æquissimo simul & seuerissimo iudice, qui de manu pastorum gregẽ requiret. Dirum certè subibunt iudicium, & graue supplicium qui infœlicẽ turbam Christi sanguine redẽptã negligunt, qui nimiũ diu ab ouibus abesse non verentur, quas nominatim ipsi vocare debent, & ante eas incedere: crescentibus morbis succurrere verbiq; diuini illustratione dirigere gressus ouiũ in viam salutis ęternæ. ita demum cùm apparuerit ille pastorũ princeps, æternæ gloriæ coronam reportabunt. Sed iam ordinis ratio postulat vt ad ouium institutionem transeamus.

2, Tim. 4.
1. Petri. 5.
Eze. 34.
Ier. 23.
Zac. 11.
Negligentes pastores grauia supplicia sustinebunt.
1. Petri. 5.

Quomodo oues miſericordiæ optimi paſtoris niti debent, & ea vti liberè, non in occaſionem carnis, Sed ad Dei gloriam & proximi vtilitatem.

Caput trigeſimum ſextum.



I Quis ſe fidelē arbitratur, ſe Chriſtiani noīe inſignitum profitetur, ſpem ſuā omnem in Dei bonitate reponat, et dicat optimā cùm fiducia. Miſericordia tua domine ſubſequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. Hic verſiculus

vnus nos docet, vt nihil viribus
noſtris confidamus, Sed quicquid
in nobis eſt ingenij, eruditionis, Oĩa acce
virium, virtutis, aut lætitiæ, & gra- pta à deo
tiæ, totum id Diuinæ benignitati 1. Cor. 4.
acceptum referamus: infirmitatẽ Dei gra-
virium noſtrarum agnoſcentes, tia & no
omnes animi & corporis dotes ſtra infir-
diuino munere nobis datas eſſe li mitas per
berrimè confiteamur. Metiamur pendẽda
noſtram imbecillitatem, Qui ſuf
ficientes nõ ſumus ex nobis quic 1. Cor. 3.
q̃ agere, aut cogitare. Itaq; hac
noſtra imbecillitate conſideratâ,
habentes paſtorem & pontificẽ
magnum, Ieſum filium Dei, tenea Heb. 4. 5.
mus ſpei noſtræ confeſsionem: et
audaces cõfugiamus ad eum, qui
verus & vnus eſt mediator Dei 1. Timo. 2.
& hominum, pontifex qui cœlos
penetrauit, perpetuum habens ſa
cerdotiũ. Vnde & ſaluare poteſt Heb. 7.
omnes qui per ipſum adeũt Deũ,
ſemper viuẽs ad hoc, vt interpel-

Roma 8. let pro nobis. Cuius bonitas, vt ſæ
1.Ioh.2. pe ſuprà diximus, nunquam nos deſerit, ſed ſubſequitur omnibus diebus & noctibus, omnémq; nobis oſtẽdens manſuẽtudinem, benignitatem, & clementiam: Qui nuſquã ſeuerus eſt, nuſquam intractabilis ijs quos pœnitet, nuſquam inexorabilis obtemperantibus ſibi: Sed fidelis, mitis & miſericors omnibus ad ſe confugiẽ-
Math.11. tibus, vt potè qui ſenſu mouetur noſtræ infirmitatis & imbecil-
Hebre.4. litatis. Non enim habemus põtificem (Inquit Apoſtolus) qui
Chriſtus tẽtat⁹ eſt ſimilis nobis. non poſſit cõpati infirmitatibus noſtris: Sed per oĩa tentatum iuxta ſimilitudinem abſq; peccato. Tali enim nobis opus erat pontifice, vt eſſet ſanctus, Innocens, im
Heb.7. pollutus, ſegregatus à peccatoribus, excelſior et purior cœlis factus. Hic ſolus inuẽtus abſq; ſcele
Ioh.8. re, qui à nullo argui potuit de pec

cato: peccata tamen oĩm, & infir mitates perferre voluit, vt nostra mala perpessus, propensior esset ad misericordiam. Hoc in primis nos moneat, hoc nostros animos alliciat, quod cũ ad pastorẽ hunc supplicaturi venimus, non ad seueri iudicis tribunal accedimus, Sed ad clemẽtissimi Patroni thronum, qui idcirco thronus gratiæ appellaẽ, quod idẽ Christus petentibus se comẽ, iucundum, paratum ad ignoscendũ, & misericordẽ, exhibet. Qui ad se vocat quotquot laborant, & onerati sunt: seq; afflictis oĩbus requiem præstiturum pollicẽ. Nemo se dicat suis peccatis impeditum detineri, aut illius celsitudine perterritũ reuocari, quò minus ipsum adeat Christũ. Sed quisq; rectè intelligat, & firmiter credat, cũ illi⁹ maiestate misericordiam, & humanitatem esse coniunctam: per quẽ pater

Esa.53.
1.Petri. 2.

Thronus gratiæ quare dicatur.
Ioh 7.36.
Math.11.

Pctá nos remorari nõ debẽt quò min⁹ cõfidenter venia rru ad Christum

æternus omnem salutẽ nobis gratuitò confert, & nos idoneos facit, vt luminis sanctorum participes simus: Per quem & nos eripuit à potestate tenebrarum, ab obscurissima ignorãtiæ caligine, ab idolatria, à diuini numinis cõtemptu, ab impietate, à sceleribꝰ, & nefandis flagitijs: per quẽ etiã iuxta copiosam misericordiam regenuit nos in spẽ viuam, per hoc quod resurrexit Iesus Christus ex mortuis in hæreditatem immortalem & incorruptibilem, conseruatam in cœlis: vt illam acciperemus fœlicitatem, quam Christꝰ caput nostrũ assequutus est. Ideóq; nos à peccati, diaboli, mortisq; tyrãnide translatos, in regnum filij sui dilecti liberauit, et asseruit in libertatem filiorum Dei: vt interim mortui peccato, & carnis cupiditatibus: Iustitiæ viuamus, cui nos ille cõsecrauit, oĩs iustitiæ

Roma. 3.
Colo. 1.
1. Petri. 1.
Resurrectio Xp̃i nostram spẽ cõfirmat.
Ephe. 1.
Colos. 1.
Roma. 8.
Gal. 4.
1. Petri. 2.

& innocentiæ fons: qui noſtram impietatem in ſe tranſtulit,vt nobis ſuam iuſtitiam conferret, vtq; Chriſti imitatiõe illius dici fratres,& eiuſdem cœleſtis patris filij mereremur.Hæc eſt illi ſpiritus libertas,in quã Chriſtus nos vindicauit,non vt ea quidem ad flagitium abutamur, & pro animi noſtri libidine in omni vitiorum genere volutemur:Sed potius vt liberati à peccato,& à poteſtate inimicorum exuti,ſerui autem facti Deo,illi in ſanctitate,iuſtitia, & veritate,coram ipſo,per totius vitæ ſtadium obſequamur.Meminerimus hoc loco Apoſtolicæ ſententiæ Cùm Apoſtolus inquit, in libertatẽ vocati eſtis fratres tantùm,ne libertatem in occaſionẽ detis carnis, Sed per charitatem ſpiritus ſeruite vobis inuicem. Et alio loco in libertate (ait) qua Chriſtus nos liberauit ſtate,& ne

Chriſtus nos liberauit vt ſibi ſeruos haberet.

Roma. 6. Libertate Chriſtiana benè vtendum

Luc.1.

Gal.5.

Gala.5.

rurſus iugo ſeruitutis ĩplicemini. Huius nos Apoſtoli exẽplum ſequi non pigeat. Qui cùm inter cæteros maximè liber eſſet, omnium ſe ſeruum fecit. Nos tanq̃ liberi viuamus, vt in Epiſtola ſua docet Diuus Petrus, & non quaſi velamen, aut veluti prætextum malitiæ habentes libertatem: ſed tanquam ſerui Dei. Et probè agnoſcamus veram Chriſtianorum libertatem, eſſe à peccato exui, & ſub gratia ijs Ghriſti iugo eſſe. Neq; inſanę eorum opinioni aſsentiamus, qui huius libertatis nomine, omnem Dei obedientiam excutiunt. Ita in omnem effrænatam peccãdi licentiã præcipites ruũt, vt nec feruentes libidines, aut exſurgentes inſanos animi motus reprimãt, putãtes omnẽ moderationẽ, oẽm ordinẽ, oẽm legũ Cùm diuinarum, tùm humanarum obſeruationem hac libertate tolli. Nos

1. Cor. 9.

1. Petri. 2.

Roma. 6.

Error eorũ qui libertatẽ licẽtiã eſſe putant & poteſtatem viuendi vt velis euitandus.

verò vnã Dei misericordiã amplectí & vnũ Christũ sic intueri par est, vt hãc gratiã hortãte Apostolo in vacuũ nõ recipiamus, sed in oĩbus exhibeamus nos sicut Dei ministros, pietatẽ, sctĩtatẽ, & innocẽtiã ꝑpetuò meditãtes. Et dei benignitatẽ sequamur: nec spũssãcti prçclaris monitis reluctemur: sed quò plura à Deo gratiarũ munera suscepim⁹, eò meliores & sanctiores effici conemur, & ad ꝟtutis et integritatis studiũ diligentiã oẽm adhibeam⁹, quoniã nõ in iinmundiciã, sed in sctĩficationẽ vocati sum⁹, volũtati ergo legiq; diuinæ vltro obediamus: non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gratiã cõstituti. Maximè aũt in oĩ vita memores sim⁹ miseratiõis, & mĩç dñi, q̃ à sçculo est, recordemur ad mirãdç lenitatis, et clementiæ qua Deus in nos semper ab origine mũdi, & ante hoĩes natos ad hçc

2. Cor. 6.

Exhortatio ad bona opera & omnẽ virtutem.

1. ad Tes. 4.

1. Petri. 2.

Bonitas Dei perpetuò recolenda.

Ephe. 1.

vſq; ſecula vſus eſt, eadē ad exitū vſq; omnium ſeculorum vſurus. Hunc miſericordiæ parentem, & rerum noſtrarum patronum ſingularem, hactenus cognouimus clariùs cognituri poſthac in æternum. Hunc igitur veneremur vt patrem; adoremus vt Dominum Deum noſtrum, ſequamur vt ducem, & paſtorem: neq; ab ea via quam nos docet deflectam⁹. Sed honeſtam viuendi rationem quā ille ſuo exēplo (q. purè inculpatéq; vixit) nobis præbuit, rectà ſequamur, illā vnicè amplectamur, colamus, obſeruemus, Hoc etiam ſentiamus, in nobis, quod in Chriſto Ieſu: qualis ille fuit tales et nos eſſe conemur, huius modeſtia mā ſuetudo pietas in Deum, charitas in proximum, & vitæ honeſtas omnis ante oculos noſtros noctes diéſq; verſetur: vt omnes noſtras actiones ad normam innocē

2 Cor. 1.

Ioh. 8.
Heb. 7.

Phil. 5.
Chriſtus imitandu⁹ in omi pietate iuſtitia & ſanctitate.

tis vitæ Christi metiamur & dirigamus. Exemplóq; eius Deum agnoscamus omnis boni omnísq; virtutis fontem, originem, & largitorem. Huic vt bonorum omniũ authori pro beneficijs acceptis gratias agamus. Hunc à quo pendent omnia supplices oremus: Sit verò oratio nostra & gratiarum actio nõ frigida, non remissa, sed feruida, atq; flagranti desiderio accensa, vt incensum dirigatur in cõspectu domini. Ab hoc pastore Christo Iesu, omnis vitæ nostræ moderationẽ exquiramus, & eius exemplo induamus nos tanquam electi Dei ac dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, mansuetudinem, patientiam, & lenitatem, supportantes inuicem, & condonantes nobis ipsis, si quis aduersus aliquẽ inter nos habeat querelam, sicut & Christus donauit nobis. Qui

Acto. 14. 17.

Ps. 140.

Col. 3.

Ephe. 4.

Indumenta χρianorum.

Ephe. 4.

non contumeliam cõtumelia rependit, nec maledictum maledicto reiecit: Sed pro hostibus orauit, et inexhaustam gratiam suam, & misericordiam etiam inimicis aperuit. Simus igitur & nos Christi exemplo placidi, benigni, & benefici in eos etiam qui oderũt nos, & misereamur conseruorum nostrorum sicut ille nostrî misertus est, ne vnquam in nobis languescat vis illa commiserationis.

1. Pet. 2.
Esa. 53.
Luc. 23.

Math. 18.

De obedientia praestanda superioribus, à quibus nulla nos libertatis gratia eximit, et quatenus vtendum sit Christiana libertate.

Caput trigesimũ septimũ.



VES pastores suos se quantur, & se obsequẽtes illis præbeant, qui personã Apostolorũ, atq; adeò ipsi9 Iesu Christi referunt. Hanc obedientiam nos docet, et ad eam hortatur sanctus Apostolus. Obedite, inquit, præpositis vestris, & subiacete illis qui presunt vobis quidem illi qui vigilant pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes, nam id inutile est vobis. Maximum certè flagitium et extrema ingratitudo est non parêre maioribus, quos regendę Ecclesię pfecit Dñs, et quos nos suspicere ac venerari iussit, & illis obedire, etiã si mali sint, modò ne pertrahãt ad impietatẽ, proinde sanctus Petrus subditos nos esse vult cuiuis humanę creaturæ propter Dñm siue regi tanq̃ præcellenti,

Math. 10. Heb. 13. Obediendũ maioribus in domino. Acto. 20. Acto. 5. 1. Petri. 2.

ſine præſidibus, vt qui per eũ mittatur, ad vindictam quidem nocẽtium, laudẽ verò rectè agentium. AEquitas enim, pax, & publica honeſtas optimo iure requirunt: vt principibus & poteſtatibus ſubditi, iuſsis, legibus, & mandatis illorum dicto pareamus, niſi prorsùs ea quæ iuſſerunt, cum charitate et pietate pugnent. Itaque planè indigni ſunt Chriſtiano nomine, qui magiſtratibus non obtemperant, qui Dei negotium agunt. Non eſt enim poteſtas niſi à Deo proindè qui prĩcipi, aut cuiuis homini authoritate publica prædito, etiam impio & ethnico ſuo fungenti officio reſiſtit, is Dei (à quo omnis authoritas proficiſcitur) conſtitutioni reluctatur, & ordinẽ à Deo conſtitutum perturbat. Ideò meritò pœnas luet. Nam iudiciũ ſibi ipſis acquirunt, quicunq; per contemptum, vel contumeliam, digni

Roma.13, Tit.3.

Obediendum non eſt in his quæ Deo repugnãt.

Sap.6. Ioh.19.

tati poteſtati vel authoritati maiorum derogant. Qui Dei miniſtri ſunt, vt pręmijs & honoribus innocentes & iuſtos afficiāt, & eos aduerſus impios tueantur, vtque īprobos & flagitioſos dignis ſupplicijs coërceant, in hunc quidē vſum gladium geſtant. Quapropter Chriſtianos oportet eſſe ſubditos non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam, quæ licèt nullum immineat ſuppliciū, dictat tamen non eſſe perturbandam rempublicam quā Deus ordinatam eſſe voluit. Quod ſi principibus, & magiſtratibꝰ huius ſœculi obtemperandum, & debitū obſequium præſtandum eſt, multò alacriùs & propenſiori animo, authoritati eorum, qui regimini Eccleſiarum pręfecti ſunt, quique benè præſunt, obedire debemus: quos duplici honore dignos Apoſtolus eſſe cenſet. Nec reuerentiā

Conſciētia bonus iudex.

Rom. 13.

1. Tim. 5

ſed à peccatis,ne illa in nos impe-
rium habeant: liberos nos eſſe o-
portet, ſed à ſeruitute dæmonis,
mundi,& carnis,à maledictiõe le-
gis,& à cõſcientiæ terrorib9. Vn9
enim Chriſtus pro ſua pietate ani
mas noſtras à duriſsima horũ ca-
ptiuitate liberauit.Qui fact9 eſt ꝓ Ioh.8.
nobis maledictũ,execratio,& ho- 2.Cor.5.
ſtia pro peccato,nobis benedictio Gal,3.4.
nem,iuſtitiã,& vitam conceſsit,&
à legis ſeueritate,& omni pecca-
ti,maledictione,nos redemit. Ne-
mo igitur hanc libertatem, liberẽ
viuendi & peccandi poteſtatẽ ſe-
cũ afferre arbitretur. Peccato qui 1.Pet.2.
dem nobis moriendũ eſt,vt iuſti-
tiæ viuamus.Ouium mores in hoc
negotio imitemur:paſtorib9,qui-
bus nrę ſalutis cura cõmiſſa eſt,ob
tẽperemus. Xp̃m in illis loquentẽ
audiam9, Ait em̃,qvos audit, me Math.10.
audit, qui vos recipit, me recipit, Luc,10.
& qui me recipit, recipit eum qui Ioh.13.
me miſit. Qui vos ſpernit, me

Cōparatio rectorum, ad eos qui authoritate aliqua praeminent.

ſpernit, qui autē me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit. Cogitemus itaq; & exiſtimemus, rectores Eccleſiarum, tales eſſe, qualis eſt in cuſtodienda arce præfectus, in administranda prouīcia præſes, in dirigenda naue nauclerus, in moderando curru auriga, & in ædificanda domo architectus: quapropter nos illis ſubditos eſſe oportet; quos ad gubernationem & regimem Eccleſiarum elegit Dominus, & præfecit: vt beneuolè, alacriter, & prompto animo, illorum iuſsis pareamus.

Exhortatio ad obediētiā præſtandam.

Quemadmodum Ducib9 Milites, Præſidibus, & Magiſtratibus ciues, Regibus, & Principibus nobiles, atq; architectis fabri obtemperant, ho pacto Dei vindictam qua in eos qui parêre recuſant, vtit, effugiem9 Nam qui parentibus nō obediunt eos truci dari iubet Dominus. Et eos qui ſeditiones concitant, & maiorū au-

Exo. 21.
Leui. 20.

thoritati refragantur, huius lucis beneficio indignos iudicat. Propterea Core, Datan, & Abiron, quos terra viuentes cum illorum familia absorbuit, dignum factis premium accepêrũt. Absalon qui coniuratione facta mitissimũ patrem regem Dauidem opprimere conatus à regno expulit. Tandẽ iusto Dei iudicio, cùm subter cõdensam quercum ingressus esset, mulo cui insederat, concitato cursu pertranseunte, capite quercui adhærens suspensus est: & tribus spiculis ab Ioab defixus, & à decem iuuenibus armigeris seruis patris sui interfectus, in foueam profundam proiectus, ingenti aceruo lapidum obrutus fuit. Væ ergo illis qui ad seditionem procliuiores, turbas in Ecclesia faciunt. Tales enim o es dici non merentur, sed magis fœtentes Hyrci, Diaboli, qui cum Absalone & seditiosis

Num.16. Psal.105 Eccle. 45

2.Reg.15.16.17.

2.Reg.18.

Maledictio in seditiosos.

feſtinant ad interitum. Itaque obſequentes nos principi paſtorum, & paſtoribus ipſis ab eo miſsis in omnibus præbeamus, quibus obedire in Domino iubemur, quoniam eos in eũ locum euexit Dominus, in quo docere de cathedra & officium Moiſi implere debẽt. Quòd ſi in legis tranſgreſsionem nos inſtigant, & à vera cœleſtis patris obedientia ſubducere conantur, iam non ampliùs loco paſtorum habendi ſunt, neque illis obediendum eſt. Præſtat enim obedire Deo, quàm hominibus. Nam indignum & abſonum eſt, vt ad deprimendam Dei celſitudinem ſuperiorum eminentia ſe extollat. Tùm verò illis obſequẽdum eſt, vbi ea præcipiunt quæ nobis optimam viam ad Deum ſtruere poſſunt: vt tandem perueniamus ad domum illam cœleſtem, quam in poſtremo verſicu-

2.Eſd.8.
Mat.23.
Acto.5.
In rebus iuſtis eſt obediendum.

lõ perſcrutari poſſumus, ſic enim nr̄ Propheta pſalmū cōcludēs īqt. Et vt inhabitem in domo Domi ni, in longitudinem dierum.

De domo militantis Ecclesiæ, ad quam inhabitandam vocati sumus.

Caput trigesimū octauū.



Ex & Propheta Dauid, vt ouis manſuetiſsima, paſtoris ſui gratiam & miſericordiam, vbiq; agnoſcit, ſub paſtoris cuſtodia læta, placidaq; mēte requieſcit, exploratiſsimū habēs, ſe nūquā Dei mīę & bonitatis auxilio deſtitutū iri. Hāc Dei clementiā ſalutis ſuæ fideliſsimā cuſtodē, & itineris comitē & oīb⁹ ī piculis ꝓpupugnaculū ſemꝑ cognouit, huius p̄ſidio

plo Dei,& canendis eius laudibus rebusq; diuinis contemplandis,omnem vitam perageret.Hac ſpe recreabatur,& afflictum animum erigebat:idcirco alio pſalmo,Lætatus ſum,inquit,in his quę dicta ſunt mihi,in domum domini ibimus.Quibus verbis ſignificat ardens illud deſiderium quo tenebatur,vt adiret tẽplum Hieroſolymitanum,Ad quod omnes tribus conuenire ſolebant,vt dies feſtos agerent,Dei laudes concinerent,& myſteria peragerent,ſacrificarent,atq; verbum Domini cupido pectore audirent, cõmunesq; preces vnanimes funderẽt: Quemadmodum in alio pſalmo oſtendit dicens.Ecce nunc bene dicite Dominum oẽs ſerui Dñi, Qui ſtatis in domo Dñi in atrijs domûs Dei noſtri.Pari quoq; ratione,ędes ſacræ fabricãt,& tẽpla Chriſtianorũ in hoc potiſsimùm

Pſal.121.

Cur ad tẽplum cõueniebãt

Deut.16. Exo.23.-34.

Pſal.133.

extructa sunt vt in illis fideles cõ-
ueniant, ad cultum Deo pręstan-
dũ, animasq; reficiendas Hæc ve-
rò domus Dñi in Hierusalem cõ-
structa, typũ et figurã prętulit Ec-
1.Timo.3 clesiæ Dei viuentis. Quæ domus
Dei colũna & firmamentũ verita-
tis nuncupatur. Hæc est dom9 fir-
Mat.7.16 miter ędificata super firmã petrã,
quæ nullo terræ motu, nulla im-
brium aut fluminum vi, nullo vẽ-
torũ impetu, vnquã euerti potest.
Hæc domus ab Apostolis, ab Epi-
scopis, à Pastoribus, & Rectorib9
1.Cor.3. ecclesiarũ, velut à sapientibus ar-
1.Petri.2. chitectis, viuis ex lapidibus ædifi-
Esa. 24. cata est, super lapidẽ illum viuũ,
summum, electum, & preciosum,
Psal.117. ab hominibus quidem reiectum,
1.Cor.3. à Deo verò approbatum Christũ
Fũdamẽ- Iesum. Nam fundamentum aliud
tũ eccle- nemo potest ponere, præter hoc
siæ xp̃us. quod positum est, quod est Chri-
stus Iesus. Hæc est solida basis oĩs

religionis, ſanctitatis, virtutis, verę & ſanctæ eccleſiæ, contra quam nullus hoſtium conatus, nullus ad uerſariorum impetus, neq; ipſæ in ferorum portæ præualere poſſũt. Ad hunc lapidẽ vinum accedentes, ædificamur in domos ſpirituales, in ſacerdotium ſanctum, ad offerendum ſpirituales hoſtias: acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtũ. 1.Petri.2.
Meritò ab Apoſtolo nuncupamur conciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in tẽplũ ſanctũ in Dño, in quo & nos coędificamur, in habitaculũ Dei, in ſpũ ſctõ. Idcirco tẽplũ ſanctũ dei fideles dicunť propter ſpiritũ dei habitãtẽ in cordibꝰ illorũ. An neſcitis, inquit Apoſtolꝰ, qđ tẽplũ Dei eſtis, & ſpiritus Dei Ephe.2. Chriſtiani templa dei ſunt. Leui. 26. 1.Cor.3.6

habitat in vobis. Si quis templum Dei profanat, hunc perdet Dominus, Nam templum Dei sanctum est quod estis vos. Porrò in hoc
1. Petri. 2. templo ecclesię Dei, oẽs pij sacer
Apo. 5. dotes sunt, qui non corporeas, aut mortales, sed cœlestes spiritualesq; hostias, immolãt. Vt enim De⁹
Ioh. 4. spiritus est: ita spiritualibus hostijs delectatur.
Sacrificia Christianorum. Mactãt isti sacerdotes pro varijs animantium generib⁹, humani pectoris affect⁹, libidinẽ, superbiam, iram, inuidiam, vindictę cupiditatem, luxum, auaritiã, cæterasq; animi furias, prębẽt cor
Rom. 12. pora sua hostiam viuentẽ, sanctã, acceptam Deo. Pro thymiemate autem & thure, offerũt puras preces, è synceri pectoris ara aduolãtes in cœlũ. Neq; tamẽ dũ omnes pios sacerdotes esse dicimus, Hoc ita accipiẽdũ est, aut eò trahẽdũ, vt seditiosi quidã & tumultuosi affirmant, qui Christianos oẽs sic

Xp̃iani q uis sacerdotes sint nõ tñ ideo ministri v̄bi & sacramẽtorum.

ſacerdotes eſſe volunt,vt prædicandi et docēdi authoritatē,administrādi ſacramēta poteſtatem,& cętera Epiſcopi,& paſtoris munera exercendi facultatē ſibi priuata authoritate arrogare audeant: Cùm tamen nemo hūc ſibi honorem aſcribere debeat,niſi qui vocat à Deo quemadmodū Aaron. Heb 5. 1,Petri. 2.
Oēs quidē qui Chriſtiano nomīe cēſent,gen⁹ ſunt electū,regale ſacerdotiū,gēs ſctā,popul⁹ peculiaris,vt virtutes ei⁹ annūciēt, qui è tenebris nos vocauit in admirabilē lucē ſuā.Nō tamē ideò publicū Eccleſię miniſteriū ſibi,niſi legitimè vocati,& maiorū authoritate inſtituti,arrogare debēt Hāc catholicæ eccleſię domū inhabitare nos facit Dn̄s, vt cōcordes in ea viuam⁹,et ea quæ ad pacē,concordiā,pietatē,& dilectionē pertinēt ſectemur:vt idē viciſsim inter nos ſentiam⁹ ſecūdū Ieſum Xp̄m, Dignitas Chriſtianorum. Colo.1. Pſal.67. Rom.12. Ro.14 15.

& vno ore vnanimes glorificem⁹ Deum,& patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti,ſtudeamusq́; ſeruare vnitatem ſpiritus per vinculũ pacis.Non enim conuenit eos inter ſe diſsidijs animorum diſtrahi quibus tam multa ſunt cõmunia,Porrò vna eſt omnium credentium ſocietas,vnum corpus, cuius caput vnicũ Chriſtus eſt,vnoq́; Dei ſpiritu agitatur & regitur.Omnes eiuſdem patris filij ſumus , eiuſdẽ hæreditatis participes,hac ratione domeſtici Dei,hoc eſt ex Dei familia dicimur.Sicut ergo qui inter eoſdem parietes viuunt ſe mutuò fouent, & tuentur,ſibi inuicem ſuccurrunt , ſeſe mutuis officijs retinent : Ità etiam Chriſtianos omnes velut firmiſsimo vinculo cõiũctos,coadunatos eſſe oportet:vt ꝑ oẽm vitã alter alteri operã ſtudiosè pręſtet.Queãdmodũ in corpore humano multa

Ephe.4. Inter xp̃ianos ſũma charitas & vnitas vigeat Rom. 12. 1.Cor.12.

Ephe.2.

Mutuum auxĩliũ inter fideles.

mẽbra habem9,quę nõ eũdẽ actũ habẽt:& tamen in corpore nullũ dissidium generãt,sed inuicẽ alia pro alijs curã gerũt,mutuisq; subsidijs corpus vniuersum nutriunt, augẽt,& custodiũt:sic multi vnũ sum9 in Xpo:singuli aũt alij aliorũ mẽbra. Quãobrẽ vera charitas exigit,vt oẽs opes nostras,omne studiũ,hûc dirigam9,vt quàmplurimis inseruiam9. In hac domo,vniuersus electorũ numer9 per fidei vinculũ,in vnã coit societatẽ in vnũ populũ Dei coalescit. Hîc audiũtur gratiarũ actiones,Hîc recitãtur mirabilia dei opera,& innumera illa bñficia q̃ p Xpm accepim9:hîc de9 puris p̃cib9,atq; hymnis venerat̃,et religiosè colitur,in hac domo verã et ęternã dei celsitudinẽ,potẽtiã,et authoritatẽ cõtẽplamur:penes q̃ thesauri gr̃ę diuinę repositi sũt. Neq; alio in loco gr̃am,q̃ pc̃tã remittat,ppiciationẽ

1.Cor.12.

Ioh.10.

Dei laudes in Ecclesia decantãtur.

Psal.111.

ſolidum gaudium, liberationẽ ab hoſtibus, vitam & ſanctificationẽ inuenimus. Quandoquidem extra Eccleſiæ ſocietatem nulla eſt ſa- lus. Quod imagine quadam in do mo Rahab præſignatur quæ ſola in euerſione Ierico ſeruata eſt.
Ioſ.6. Quam vrbem Ioſua cùm ad man datum Domini euerſam igne ſuc cendiſſet, omnes ad vnum trucida uit: et gladio interfecit omnia quę erant in ea à viro vſq; ad mulie- rem, ab infante vſq; ad ſenem: So la domo Rahab ab incendio & ſęuiente ira liberata. Quod ſi illa
Heb.11. hoc fide meruĕrat, cùm pacificè exploratores excepiſſet. Nec ſec⁹
Eſa.2. in Sion, & Hieruſalem ſalutem re
Ioê.2. ſidere dicit Dominus: Et extremũ
Eze.13. exitium minatur his qui in cœtu, & concilio populi ſui non erũt, & in albo domus Iſraëlis non ſcri bentur. Simile quoddam iudiciũ
Gen.6. cõtigit in Cathacliſmo, cùm aqua

rum inundatione submergeretur vniuersum hominum genus, in arca octauus Noë, iustitiæ præco seruat⁹ est. Sicut ergo arca fideli Noë suæq; familiæ fuit salutis causa, vt potè per quam ex vndarum vi erepti fuerint: Ita in sancta Christianorũ catholica Ecclesia, per Dei gratiam fideles seruantur, & in fœlicitatis portum adducunt. In hac domo, & sctõ ouili pastoris Christiani sacro regenerationis lauacro abluti, fide syncera, spe certa, & charitate sedula habitant: & in ea se victuros inter pios diutiùs confidunt. Qui in hac sacra æde iustitiam, pietatem, & sanctitatem colunt. Qui hic in Dei obsequio constanti animo pergunt, ad supremam tandem illam domum omnibus bonis & immortalibus diuitijs affluentem peruenient, vt cum diuis habitent, & æuo sempiterno fruãtur.

Arca Noë imago & figura Ecclesiæ. Heb. 11.

Ephe. 2.

2. Cor. 5.

De domo triumphantis Ecclesiæ, ad quam aspirare, & properare nos oportet.

Caput trigesimũ nonum.



E hac fœlicissima domo, multa, magna, & præclara, in vtriusque testamenti pagina recẽsentur. Ad cœlestem hanc domum sancti Dei homines aspirare solent, vt aliquando post tot tantosque labores & ærumnas huius sæculi, ad eam vitam perueniant, quæ cùm sit omni beatitudine referta, sola vita nominãda est. Huius vnius cupiditatẽ ducti patres, à reb⁹ humanis, & breuî perituris auertebãt animũ, & oẽm spẽ in ea quæ æterna sunt

Psa. 26. 83

Desiderium piorum ad cœlestia & æterna bona.

et inuiſibilia piè dirigebāt. Funda- Heb.11.
menta habentē ciuitatem expectā
tes, cui⁹ opifex & cōditor eſt de⁹.
In eo loco perfectè cumulatequę
beati, in ſempiterna pulcherrimi
numinis diuini cōtemplatione ac-
quieſcere deſiderabant. Ideoque
hæc humana, caduca, incerta, mu
tabilia, & peritura forti animo aſp
nabantur. Quàm magno verò de
ſiderio noſter Propheta Dauid a-
deundi cœleſtē hanc domū tene-
retur, ex varijs paſſim carminib⁹ fa
cilè deprehēdere poſſum⁹. Cùm il
le ſuſpirās ait. Quàm dilecta taber Pſal.83.
nacula tua Dñe virtutū, cōcupi-
ſcit & deficit aīa mea in atria Dñi.
Cor meū & caro mea exultauerūt
in Deū viuū. Beati qui habitāt in
domo tua dñe, ꝑpetuò laudabūt
te. Melior eſt dies vna in atrijs tuis
ſuꝑ millia. et alio loco. Quēadmo Pſal.41.
dū deſiderat ceru⁹ ad fontes aqua
rū, ita deſiderat aīa mea ad te de⁹.

ta & quã vera fœlicitate perfruũtur, qui beatiſsimam faciem Dei intuentur, & ſpeculantur. Nunc enim per ſpeculum & in ænigmate diuina cognoſcimus. Tunc autem, vt ait Apoſtolus, cernemus facie ad faciem. Nunc cognoſcimus ex parte, & nõ integrè, Tũc autem in cœlo agnoſcemus, ſicut & cogniti ſumus. Tunc cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam re vera tanquam oculis corporeis videbimus eum ſicuti eſt. O beatam vitam, O immenſam fęlicitatem, O gloriam ſempiternã, ſummopere atq; ſupra omnia expetendam. Hîc quidem in terris atq; in hoc ſæculo rerum cœleſtium imagines, per ipſam fidem cernimus. At in futura vita, non imagine rerum, ſed reb⁹ ipſis fruemur: & Deũ ipſum in ſuî natura, & eſſentia videbimus: & eo ad ſatietatem vſq;, ſemper atq; in æter-

1.Cor.13.

1.Ioh.3.

Beata vita futura omni bono pſtantior.

1.Ioh.3

num, & ſæcula ſæculorum perfrue-
1.Cor. 13. mur. Vbi enim venerit quod perfe-
ctum eſt, quod ex parte eſt abo-
lebitur. Quando hac luce æthera
priuatus animus, è vinculis corpo-
ris euolauerit, & in æternam illam
domum migrauerit, tunc videbi-
mus quæ in ſacris Biblijs à Deo e-
docti ſumus: & ijs fruemur, quo-
rum nunc dum viuimus, fructum
aliquando nos cõſequuturos ſpe-
ramus. Qua gratia & dignitate q̃d
in orbe terrarum excogitari me-
lius, vel optari excellẽtius poteſt?
Eſa.64. Neque enim humanis oculis con
1.Cor.2. ſpecta ſunt, nec auribus audita,
neq; cuiuſquam hominis cogita-
tione concepta, quæ ſolatia Deus
parauerit ijs à quibus ſyncerè di-
Roma.8 ligitur. Propterea & Apoſtolus nõ
arbitratur pares eſſe, ad gloriam
quæ reuelabitur erga nos, præſen-
tis vitæ ærumnas, & afflictiones.
Ad ampliſsimum igitur hoc præ-

Beatitudo & fœlicitas, poſt hãc vitam.

Exhortatio ad corõnã iuſtitiæ.

mium omnes aſpirare debemus: & audaci animo dicere, noſtra cõuerſatio in cœlis eſt: vnde & ſeruatorem expectamus Dominũ Ieſum Chriſtum, qui transfigurabit hoc humile corpus noſtrum, vt ſimile reddat diuino corpori ſuo, ſecundum poteſtatem & virtutem qua poteſt ſubijcere ſibi oĩa: cõſtanter ad cœleſtia tẽdam9, vbi caput noſtrũ Xp̃s eſt. Nã hîc non habemus ciuitatẽ manentẽ, ſed futuram inueſtigamus: quã parauit nobis Xp̃s, in hoc, vt in æternũ cũ ipſo viuamus in fœliciſſimo beatorum conſortio. Scimus enim, affirmante ſancto Apoſtolo, ſi humanum noſtrum domiciliũ huius tabernaculi deſtructũ fuerit, ædificationem ex Deo nos habere, domiciliũ nõ manu factũ, ſed æternũ in cęlis. Cõfidẽtes igĩ & ſciẽtes, qđ cęleſtis hęc dom9 maior eſt purior & pfectior oĩ humana habitatiõe

Phi.4.
Col.3.
Heb.13.
2. Cor.5.

(neq; enim eſt creationis hui9 ſę-
culi, nec manu hominum facta,
nec corruptioni,nec vetuſtati aut
vlli iniuriæ temporum obnoxia)
non in præmijs terreſtribns, no-
ſtram ſpem ponamus:ſed illam cę
leſtem & æternam domum ſem-
per ſpectemus,atq; in hoc domi-
2.Cor.5. cilio corporis noltri ingemiſca-
mus,cœleſti illo ſuper indui deſi-
derantes.Hic interim ſuſpiremus,
optantes ſarcina mortalis corpo-
ris exonerari,& glorificati corpo
ris,domicilio tegi.Quod nobis tã
dem reddetur,ſi tamen non omni
no nudi reperiamur.Nã hæc glo-
Math.22. ria,non niſi dignis qui veſte nup-
tiali amicti erunt,tanquam coro-
na præparata eſt. Cùm ergo im-
mortalitatem credamus nobis ꝓ-
poſitam eſſe,cumq; in hoc morta
Sap.9. li corpore innumeris morbis,pec
Heb.12. catis,tẽtationibus, & infinitis ærũ
nis obnoxij ſimus, cur non capit
nos

nos tædium rerum humanarum? Cur non ſpe rerum optimarũ fre ti deſideramus diſſolui, & eſſe cũ Chriſto? Ad æternas ſedes perpetuas nobis in cœlo Chriſtus parat & conſeruat manſiones, in quibus nullius rei eſt egeſtas, nulla ſitis, nulla fames, nullus æſtus, nulla aëris intemperies, nullus clamor, aut luctus: ſed tranquilla & quieta ſunt omnia, plena lætitiæ & iucunditatis. Bono igitur & intrepido animo ſimus, lætemur omnes quoad in hoc exilio vitam agimus, cùm dicitur nobis, in domum Domini ibimus. Excitemur à ſomno peccati, & animum noſtrum exper recti, quàm maximè fieri poteſt à rebus huius ſæculi, & ſenſibus corporeis abducam9. Nullam cum voluptatibus ſocietatem habeamus, vt ad contemplationem rerum diuinarum ſim9 procliuiores. Qui enim ſine pudo

Phil. 1. Ioh. 14. Apo. 7. 21 Eſa. 25. Pſal. 121. Rom. 13.

re in ſceleribus, & rebus ignominioſis verſantur, nec ipſam rationem ducem, nec Dei volũtatem, ſed prauos affectus ſequuntur, ligatis pedibus & manibus, in imas te-
Math.22. nebras prȩcipitabuntur: vbi fletus
25. eſt, & ſtridor dentiũ. Quapropter
Ioh.15. omnes intendamus neruos, vt cũ Chriſto maneamus, cum Chriſto
Rom. 8. patiamur: vt vnà cũ illo glorificemur, neq; in aduerſis ſuccũbamus: ſed alacres pugnemus, vt laudem & gloriã nanciſcamur: cuius ſpe freti, atq; innixi ſancti Dei homines, vitam corporis, fortunasq; oẽs
Heb.11,12 pro nihilo duxêrunt: cùm hȩc omnia peritura cũ immortali illa fœlicitate erga nos reuelanda conferebant. Quid enim præſtantius, quid laudabilius, aut optabili9 cœleſti illa, & nunq̃ peritura vita? Nõ ne in eà conſequenda maiores noſtri, auidi & tanquã ceruus calore
Pſal.41. ſitiq; cõfectus, cupidè fontẽ quȩ-

Exhortatio ad patientiam.

rens,vt reficiaẽ ſolliciti fuerũt, ſanctiſsimũ,aç diuinũ numẽ toto pectore quęrẽtes. Ardẽtiſsimã hanç cupiditatem lachrimis,ſuſpirijs,& ſingultib9,exprimebãt. Quẽadmodũ Iſraëlitę in Babylonicã captiuitatẽ adducti,iuxta flumina Babylonis ſedẽtes in ꝑpetuo luctu, & mœrore ꝟſabanẽ,dũ recordarenẽ ciuitatis Hieruſalẽ,& mõtis Sion, nèc animũ inducere poterãt,vt in terra aliena hymnos iucũditatis & lætitiæ cãtarent: Cùm nulla re illorum animus lætareẽ,preterquã cõtẽplatione illius Hieruſalẽ, ad quã redire, & ex captiuitate liberari, votis omnibus cupiebant. Ita & qui nos præceſſerunt pij omnes ex animo omnipotentem, & ſempiternum Deum optabant, & ad optatiſsimum illud domicilium, & iucũda tabernacula (perpetuò vultum æterni patris contemplaturi) peruenire contendebant.

1. Par. 16. Pſal. 136.

Exilium Babilonicũ luctuoſum fuit Iſraëlitis.

Pręcipuũ gaudium in recordatione Hieruſalẽ

Eſa. 48.

Pſal. 86.

Horum igitur exemplo, cupiditas æternæ fœlicitatis in nobis reddatur ardentior,& præ deſiderio bonorum cœleſtium humana omnia deſpiciamus,& aſpernemur peritura omnia,tanquam parùm profutura obliuiſcamur,cor corpusq́; noſtrū in Deo viuente lætetur,& exultet.Ad æternam illam & cœleſtem patriam velut ab exilio in propriam domum reddituri aſpiremus. Nam cùm tanquam peregrini atque hoſpites in terris degentes,hanc mortalem vitam dubiam,fragilem,tot periculis, & calamitatibus obnoxiam ducamus: Ad immortalem , ſemper & beatiſsimam illam vitam omnibus bonis abundantem,toto pectore cōtendentes efferamur. Quando nos hic ſedem ſtabilem aut domiciliū certum nequaquam habemus,feſtinemus cum gaudio , & exultatione ſpiritûs, ad templum cœle-

Phili.3. Col.3.

Heb.11. 12.13.

Incōmoda huius vitæ nos ad futurā vitā excitent.

Heb.13.

ſte,& domum Domini accedere. Futuram ciuitatem quæramus. Chriſtum ducem nobis proponamus, qui nos in eam requiem inducet, quæ nullum laborem, aut dolorem habet. Vbi beata immortalitate fruemur, & perpetuò Domini gloriam concinemus,& admirabimur. Nos verò ad id maximè iuuabunt paſtores,& greſſus noſtros promouebũt, & dirigẽt in viam illius ſalutis æternæ. Ad illorum nunc ergo inſtitutionem tranſeamus.

Heb.4.
Apo.7.21.

Præcipuam curam pastorum esse, retinere oues in domo Domini, & in ouili summi pastoris.

Caput quadragesimum.

In domo Dei retinendi fideles.



Ectores animarum, quos regimini Ecclesiarũ præfecit Dominus, ad hoc imprimis inuigilare oportet, & summum adhibere laborem: vt oues suę tutelæ creditas, in domo ecclesię contineãt: Neq; patiantur eas ab ea longiùs discedere. Christus Iesus huiusce domus est moderator, Dominus, & princeps, quem pater æternus dedit caput ipsi Ecclesiæ, qui sua virtute oĩa absoluit, perficitq; in ea domo omnis gratiæ,

Ephe.1. 4.5. Col 1.2. 1.Cor.11.

ſapientiæ,& ſcientiæ theſauros re poſuit, & miniſtros ac diſpenſato res myſteriorum in ea conſtituit, qui diuini verbi,ac ſacramentorũ miniſterio , fideles in hanc domũ induceret.In ea domo,vt iam mo dò nati infantes,ex aqua & ſpiritu ſancto regenerati, & ſacris vndis abluti,lactamur lacte illo non corporis,ſed ſacris eloquijs , quibus adoleſcimus & creſcimus in ſalutem . Deindè paulatim fouemur , & ſolidiori cibo nutrimur, aqua & vino ſalutaris ſapientiæ reficimur , & pane vitæ educamur.hîc vegetamur,hîc augemur, hîc corroboramur , donec planè formetur in nobis Chriſtus : & omnes in vnitatem fidei , & cognitionis filij Dei perueniamus. Cùm autem in viros perfectos, plenæ atque adultæ ætatis euaſerimus , Hoc eſt cùm adulta in Chriſtum fide , præditi fuerimus:

Ioh.3. Mar.16.

1.Pet.2.

Eccle.15.

Gal.4.

Ephe. 4.

leſtis hęreditatis:ſed extremũ exitium, cruciatus, & deſperatio. Inuitabũt igitur paſtores oues ſuas, & dicent illis, illud Eſaię, venite, adeſte, aſcendamus ad montem Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ei⁹: quia de Siõ exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. paſtorum eſt adhortari oues, vt ad hũc montem properent, in quo à patre, Chriſtus conſtitut⁹ Rex eſt, vt prædicet præceptum Domini. In hac domo ſupra montem poſita, velut in vno corpore Chriſtiani coniunguntur, & coaleſcunt, eodemq; ſpiritu Dei viuunt, in vnitate fidei, ſpei, & charitatis. Qm̃ in eandem vnius Dei, & rerum diuinarum partem, & vitæ æternæ hęreditatem, vocati ſum⁹. Hæc domus firma eſt certis, et ſolidis fũdamẽtis innixa, quæ etiá ſi corruat cœlũ, ſi totus orbis terrę

Eſa. 2.
Mich. 4.
Inuitatio vt ingrediamur Eccleſiá.

Pſal. 2.

Rom. 12.
1. Cor. 12.
Ephe. 4.
In Eccleſia ſumma vnitas.

Apo. 21.

motib9 cõcutiať,durabit tamẽ il-
Math.7. 16. la,nec ſuo loco mouebiť.Sita eſt
enim & cõſtructa ſupra petrã ſo-
lidiſsimã.Cùm ſit ꝑpetua Dei ha-
Pſal.45. bitatiò,& corruere,nutare,aut de
ficere nũq̃ poteſt.Fides eñ Chri
ſti in præſtãdis ꝓmiſsis firma eſt,
& verbũ illius qđ æterna eſt ve-
Ps.16.118. ritasę,ternũ ꝑmanet.At pollicitus
Math.5. eſt ſe in hac domo permanſurũ,
Math.28. vſq; in cõſummationem ſœculi.
Quãdiu igiť ſumus in hac domo,
Qui viuit cũ Chri- ſto cũ pa tre et ſpũ ſ&ctõ viuit in Chriſti ſocietate viuimus, quo
noĩe plurimùm nobis cõſolatio-
nis eſt,Cùm certũ & cõſtitutũ ha
beam9 in animis noſtris,quod pa
tris ęterni potẽtia,ſapiẽtia,veritas,
& ſpũſſ&cťĩ virtus efficax,& clemẽ
tia,nunq̃ nos deſtituẽt:quos Chri
Ephe.1. ſtus in tantã bonorũ poſſeſsionẽ
1.Petri.1. vocauit,& immẽſę gratię ſuę con
Ps.14.23. ſortes fecit.Hanc domũ oĩs ſanctĩ
tudo vitæ, omnis honeſtas,morũ
caſtitas,puritas, integritas decẽt.

Quocirca ad sanctitatē & diuinę legis obseruātiā, omni studio nobis aspirandū est, & diligēter inuigilādū, vt ab omni mala cogitatione mentē inuiolatā conseruem⁹, & nullo pacto nos vitijs & sceleribꝰ cōtaminari patiamur: sed puros ab omni labe, & nulla labefactatos macula prębeam⁹. Nā is solus, qui cū Deo habitet, dignꝰ est, qui castè in vita, integrè, & inculpatè versatus, quod iustū est operatur: Quiq; à dolis alienus, bona fide dicit, quæcūq; dicit: de quibꝰ paulò fusiùs supiùs egim⁹. Quòd si nos alicuius sceleris cōscientia torquet, citò resipiscamus, & in multitudine misericordiæ bona fide cū propheta introeamus in domum Domini, Adoremus ad templum sanctum in timore casto, Deóq; iucundo.

Psal.14.

Math.3. Pœnitentia nos in domum Dei inducit.

Quomodo incitandi ſint fideles à Paſtoribus, ut ad cœleſtem illam & ſupremam domum perueniant.

Caput quadrageſimum primum.

Exortãdi fideles à paſtorib⁹



Piſcopi igitur & Rectores animarum, oues ad ſupremam illam domum cœleſtem et beatorum habitationem, vbi piorum animæ fœlici æuo fruunt̃, inuitent: Et probè curam adhibeant, ne ſint aliqui increduli, aut in Dei negotio otioſi: iucredulitas enim efficit vt à Deo vero, viuo, & ęterno turpiter de=

Heb. 3.4.

ficiamus. Quod Israëlitarum exẽplo nobis satis liquidò constat: Qui propter incredulitatem illorum in requiem Domini ingredi non potuerunt. Quoniam dominus incredulitate illorum offensus, cum tædio pertulit gentem illam quadraginta annis: ita vt diceret, popul9 iste corde errat, ipsiq; vias meas ignorãt, quibus iuraui iratus nunq̃ introibũt in regionem, ĩ qua pollicebar eis requiẽ. Hæc nobis exemplo esse debent, ne simus quemadmodum & illi malorum cupidi, aut simulacrorũ cultores, sicut quidã illorum. Caueamus autem ne stupris vitietur noster animus, quemadmodũ illi cũ Moabitatũ scortis se miscuerunt: neq; diffidentes per impatientiam tentemus Christum: neq; obmurmuremus Christi ministris sicut quidam illorũ inita cõspiratione Deo, ac Moisi obmur-

Psal.94. Heb.3.

1.Cor. 10. Nume.26 Exo.31.

Nume.21. Oĩa vitia fugienda.

Nume.14 murârunt:hanc gentem Domin⁹
rerum futurarum imaginem eſſe
voluit.Quicquid illis accidit non
temerè,ſed magis ad exhibendū
exēplar,quid nobis ſequendū aut
fugiendū ſit,accidit. Itaq; hebręi
oēs,quotquot fidē verbis Dei nō
habuerūt,malis varijs afflicti,vin-
dice Deo,in locis deſertis fędiſſi-
Exo.32. mè perierūt:alij gladio concide-
Nume.14 rūt,alij à ſerpētibus extincti ſunt,
21.25. alios terra viuētes abſorbuit:alios
Iuſta ſup incēdiū abſumpſit. Alij alio mor-
plicia im tis genere interēpti ſunt,& à ter-
piorum. ra Canaā excluſi,vbi vitā quietā,
& oīm rerū copia exuberantem
ducturi erant:quia nō reſpōderūt
Deut.32. Dei beneficijs,& obliti ſunt pa-
tris æterni,qui eos aſſeruit in li-
bertatem, & cuſtodiuit perinde
Heb.4. ac pupilam oculi. Metuamus igi-
tur,hortante Apoſtolo,ne quan-
do relicta pollicitatiōe,ſpem pro
poſitam introeūndi in requiē ei⁹,

aliquis ex nobis frustra suscepisse videatur. Nam illis nihil profuit ꝓmissionẽ quietis accepisse, propterea quod auditæ voci non crediderint, ideo iratus iurauit Dñs, quod in eum locũ non ingrederentur, quẽ ipsorũ quieti destinârat. Nos in meliorẽ requiem vocamur, quę nescit vllos malorum tumultus: Cauendum est itaq; nobis ne nos etiã ab illa æterna requie, per inobedientiam, & incredulitatẽ excludamur. Cum enim sancta illa requies, non aliter nobis quam patribus nostris proposita sit, sedulò ab illorũ moribus declinemus, quibus non profuit sermonem Dei audiuisse, propterea qđ Dei pollicitis non crediderunt, nec nuncijs eius obediuerũt: Imò verò & ipsum Mosem contẽpserũt, & deo omnipotẽti obloquuti sunt. Ita nec nobis proderit sacris initiatos esse mysterijs, baptisatos

Psal. 94. Heb. 4. Incredulitas nos priuat æterna requie.

Nume. 21. 25.

et participes factos menſæ Domi ni,aut eos audiuiſſe qui Chriſti euangelium docent,qui per prædicationem adhortantur:niſi etiã fido pectore mentibus noſtris in ſcribamus,quod audiuimus,& vera animi pietate,Deo totis virib⁹ adhęreamus,nunquam perueniemus ad illas beatiſsimas ſedes,vbi placidiſsima quies,integra iucunditas, & vita ſempiterna nos expectant:ſed ſecluſi à concilio cœleſtium,in perpetuis miſerijs, & ęrumnis verſabimur.Tunc autem verè in eam domum vbi noſtra eſt parata requies ingrediemur, cum Diuinis mandatis ex animo morem geſſerimus, piè Deum coluerimus,& in iuuandis fratribus omnem operam,curam,& ſtudiũ noſtrum poſuerimus .Euolemus igitur animis, ad illam requiem, vbi ſic requieſcemus ab operib⁹ noſtris,quemadmodum & à ſuis

Apo.7.21 Obediẽtia eſt via ad vitam.

Math.22. Gala.5.

Deus

Deus die septimo requieuit Hic est ille sabbatism⁹ quē diu⁹ Paul⁹ ait relictum esse populo Dei. Ad hūc quo quisq; propiùs accedit, eò magis in humano corpore vitam Diuinam & cœlestem imitatur. Studeamus igitur in illam ingredi requiē, & cogitatione saltē ad illam perueniamus, nos inuicē quottidie adhortantes, & verbis Domini nos vicissim excitantes, ne quis incredulitatis scelere induretur. Quęnā verò sit illa requies populi Dei, nemo verbis consequi potest: immortalis enim vitæ requies est, in qua cessabit (vt prophetæ aiunt) omnis labor, & dolor, omnis luctus, & clamor, omnis cruciatus, & afflictio. Nam qui in ea viuunt ante thronum Dei stant, & die ac nocte in templo eius seruiunt, & qui sedet in throno habitabit super illos, nulla esurie, aut siti, nullo ęstu, aut

Exhortatio mutua necessaria.

Esa. 25. Apo. 7. 21

Qualis sit requies æterna.

frigore,nullo luctu, aut mœrore torquebuntur. Quoniam agnus, qui in medio throni eſt, reget illos,& inſtar paſtoris diriget,& deducet eos ad viuos vitæ fontes aquarum,& abſterget Deus omnẽ lachrimam ab oculis eorũ, et ab incõmodis omnibus liberabit. Quoniam neq; mors erit vltra,neq; luctus,neq; clamor,neq; dolor vllus.O verè fœlices illos & beatos q habitãt in ea requie,vbi nulla eſt vllius rei egeſtas,ſed oĩs perfecta lętitia,lucũ ditas,atq; illę æternæ deliciæ,quæ nec mẽte concipi, nec vllo ſermone explicari poſſunt.Rectores igitur & paſtores in amorẽ dom9 Dñi oues ſuas inflammare debent, vt aliquando dicant.Dñe dilexi decorẽ dom9 tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ,Quæ quidẽ ſole non eget,neq; luna,nam gloria Dei illuminat eam,& lucerna eius eſt agnus: &

Apoc. 21.
Eze.34.
1.Cor.2.
Eſa.64.
Gloria cœleſtis ineffabilis; & incõprehẽſibilis.
Pſal.25.
Apoc. 21.
Eſa.60.

portæ eius non claudentur per diem, nox enim non erit illìc. Vt verò quisq; ad eum locum propiùs accedat ardentiusq; ad cœlestia illa feratur: hîc omni studio contendat vitam diuinam agere, & anhelare ad habitationem illã: quæ sursum, & quæ Dei, non quę humana sunt quęrere, & sapere, & eò animam erigere, & mentis aciem dirigere, Vbi Christus ad dexteram Dei sedet. Colo. 3. Mar. 16.

Quomodo Fideles in domo Dei, quæ est Ecclesia debent habitare, & in ea purè & inculpatè uersari.

Caput quadragesimum secũdum.



Omus Eccleſiæ quam nobis patriarcharum, pręcipuè verò dom⁹ Iacob, & ſedes Dauid, prefigurâ runt negligenda non eſt: in qua quidem altiſsimi & integerrimæ virginis Mariæ fili⁹ regnat in æternum, Hęc eſt domus illa Sion quã ſibi elegit Dñs in habitationem, in ſęcula ſœculorũ & vltra, in quã Chriſtus fideles oẽs ad ſe colligit vt quadam inter ſe bonorũ oĩm cõmunione, veluti humani corporis membra, quodam modo inter ſe omnia habent communia, còaleſcant, & cohæreãt. Atq; vtinam miſericordiæ parens, eam nobis largiatur gratiam, vt de eius benignitate erga nos, eadem cum Dauide ſentiamus, & bona fide dicamus. Miſericordia tua ſubſequetur me, omnibus dieb⁹ vitæ meæ,

Figura ecclesiæ dom⁹ Iacob

Luc.1.
Danie.7.
Eſa.9.
Pſal.131.

Sctõrum cõmunio

Roma.12
1.Cor.12.

vt in habitem in domo Domini in longitudinem dierum. Inspiciamus, & gustemus hoc loco, optimi pastoris nostri præcipuū quendam in nos amorem. Qui ouem quam redemit sic diligit, vt ab ea suam misericordiam non auferat, nec eam perire sinat. Qui cùm illam à se longiùs recessisse videt, & procul à recta viuendi via aberrantem: Neq; sua sponte, neq; sua virtute, vnde digressa est redire posse, luporū prædā fieri nō patitur. Sed vt est pastor optim9, pro immensa sua bonitate errantem inuestigat, inuentam suis humeris imponit, & ad ouile suū, id est ad piorum & sanctorum consortium reportat. Hæc est domus illa à Deo electa, & à tributis exēpta, & exactionibus libera, in hoc segregata & dedicata, vt in ea veluti sodales, & socij viuamus, et inter nos humanitatem custodia-

Sūma pastoris in nos clementia.

Luc. 15.

Ioh. 10.

Esa. 40.
Eze. 34.
Luc. 15.
Immunitas Ecclesiæ.

mus,pacem tueamur, & publicã
Roma. 12 concordiam retineamus,quod si
Ephe.4. fecerimus magnꝰ inde ad nos fru
ctus redibit.Non enim paruo nos
beneficio affecit Dominus cum
ad ecclesiæ suæ gremium asciuit,
& in ea domo collocauit, in qua
Psal.111. gloria relucet,et diuitię exuberãt.
Quæ à Deo firma,cõstans, & for
Mat. 7.16 tis est,vt nullo impetu labefacta-
ri, aut concidere posſit. Id ve-
rò roboris Christus præstitit, qui
suos à se diuelli & perire non pa-
titur.Asſiduè quidem super ver-
Hiere.1. bo suo super promisſis in vigilãs
Cõstãtia vt constanter quæ pollicitus est
Dei in ꝓ impleat. Credamus verè, & ex
misſis. imo pectore,Christum in ea do-
Math.28. mo vsque in consummationem
sœculi, nobiscum vnà commo-
raturum.Hic est nostra anchora,
Psal.45. virtꝰ,fortitudo,& liberator. Quã
obrem illius præsidio freti, dum
turbabitur terra,& transferentur

montes in cor marîs,trãquillo ani mo erimus. Quanta quæso à prima mundi origine, in hanc vsque horam, vis concitata est aduersus istam domum, & Ecclesiam piorum? Omnes orbis nationes, omnes potestates,omnia regna,& imperia,toto impetu illam euertere, expugnare,& funditus delere tẽtauerunt.Sed nihil minę, nihil impetus inimicorum potuerũt.Quoniam cœlestis fauor,& Spirit⁹ sancti gratia illam tuetur incolumẽ, & inconcussam seruat: & perpetuis gaudijs munit.In hac ergo domo iugiter nos contineamus.Hîc fructificemus Deo,& saluti animarum nostrarum inuigelemus, ita enim fiet vt plurimùm consolationis suscipiamus,& quottidie in virtute crescamus,sicut oliua fructifera in domo Domini.

Math.16.

Esa.60.

Exhortatio ad bona opera

Psal.51.

Nullus fores hui⁹ domus egrediaẽ, vt liberemur ab angelo vastatore.

424

Neq; enim permittet exterminatorem nocere nobis quoniam huius dom⁹ limina et poſtes oſtij, ſanguine agni aſperſa ſunt. Hæc domus ſummo nobis in honore & reuerentia eſſe debet,quã Chriſtus tanti fecit:vt pro Ethnico,p publicano,pro transfuga,& deſertore religionis,habeat eum qui ſe à Chriſtiana ſocietate,& eccleſiæ cõmunione alienum reddiderit. Cuius etiam authoritatem adeò commendat,vt dum illa violatur ſuam ipſius authoritatem imminutam,ac violatam eſſe cenſeat. Nemini quidem vnquam impunè licuit eccleſiam ſpernere,illius monita reſpuere,præcepta negligere,conſilijs refragari,vel caſtigationes paruifacere. Qui eccleſiæ vnitatem aut dignitatem abolere nituntur,miſero tãdem ac calamitoſo fine peribunt:vt tendas, Iudas Galile⁹,Arrius,Sabellius,Ita

Exod. 12.

Math. 18. Qui eccleſiã nõ audit eſt tanquam Ethnic⁹.

Eccleſiæ cõtẽptores iudicium Dei ſuſtinebunt.

lianus Apoſtata, & alij innumeri documento nobis eſſe poſſunt, q Eccleſiam calumniantes, & vilipendētes euertere voluerunt, ideoque miſerrimè periērunt. Eccleſiam igitur audiamus, libenter illi morem geramus, neq; diſcedamus à ſententia & opinione maiorū, qui verbo Domini nituntur, & Spiritus ſancti afflatu reguntur, neque prudentiam ſuam ſequuntur, ita nos verè domeſticos Dei eſſe monſtrabimus. Sed de hac Eccleſiæ domo pluribus ſuperiùs diſſeruimus. Nūc quomodo ad domum cœleſtem ſit nobis properandum paucis dicamus.

Ab opinione patrū nō eſt diſcedē-dum.

Pro.3.

426

Qua via ad fælicem illam & beatã vitam perveniatur.

Caput quadragesimum tertium.

2.Cor.5.



Ono animo dum sumus in hoc corpore, & peregrinamur à Domino semper nos esse oportet. Siquidẽ
Psal.38. peregrini sumus, & aduenæ sicut omnes patres nostri. Qui habitan
Heb.11. tes in tentorijs,& tabernaculis expectabant fundamenta habentem ciuitatem,cuius opifex & conditor est Deus. Illam proculdubio desiderabant patriam,in qua liceret in æternum viuere,& ab omni dolorum molestia eximi,hæc illa

erat patria cœleſtis, cuius amore, & deſiderio, terrena omnia & mutabilia forti animo aſpernabātur, omnem ſpem in illa æterna cœleſtia, & inuiſibilia, fixam, & firmā conferentes. horum exemplo cōcitati pergamus inceptū iter peragere, & ad propoſitū nobis certamen percurramus. Abiecto onere, ſarcinaque cupiditatum, quæ onuſtum curis animum, ab expetendis cœleſtibus remorantur, excuſſoque peccato rerum diuinarum ſpe inflāmati, feſtinemns ſtrenuè ad paratam uobis requiē, nec vlla re ab inſtituto curſu retardemur, aſpicientes aſsiduè in authorem fidei, & conſummatorem Ieſum. Conſideremus qua via ſit ingreſſus ille, & quo peruenerit, qui ꝓpoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, omni ignominia contempta. Hac via aſſequut⁹ eſt immortalitatem, & æternam gloriam, in

Col.3.

Heb.12.

Heb.4.

Chriſtū ducē imitemur.

428

cœlis, vbi nunc ad dexteram magnifici throni Dei patris ſedet. Ad huius gloriæ conſortium properemus: neque ſatis nobis eſſe putemus benè cępiſſe, niſi illibata & firma conſtantia perſeueremus.

Perſeuerantia certè nobis imprimis neceſſaria eſt: nam non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Neq; ſaluus erit niſi qui vſque in finem perſeuerauerit. Hæc vna virtus ampliſsima laborum præmia cõfert, ſempiterna corona fortiter certantes exornat, & victoriæ palmam perſeuerantibus proponit. Hoc eſt ſolatium laborũ, gloriam benefactorum, & retributionem meritorum, & nos ad portum ſalutis vſque comitatur.

2. Tim. 2.

Math. 24

Fructus perſeuerantiæ.

Orandũ pro dono pſeuerãtiæ

Hanc nos à Domino ſupplices poſtulemus & oremus: quoniam gratuitum donum Dei eſt, qui in nobis & velle, & perficere pro bona ſua voluntate operatur,

Phi. 2.

& spũ suo nos ad obedientiæ affectum inclinat: huius præsidio adiuti cœptam itineris peregrinationem absoluamus. Quid enim prodest fœlicissimum hoc iter cępisse, si in media via velut timidi, ac depressi concidamus? Nõ enim ea nauis commendatur, quæ pulchra, magna, & noua, multoq; auro onusta, spem sui ingentẽ primò pollicetur, vasto deindè pelago commissa, portum ad quem tendit nequit attingere. Magis ea quidem laudatur quæ tenuis, deformis, attrita, vetusta post multa maris horrenda discrimina, placido tãdem atque optato portu potitur. Nos cum expositi simus in hoc mari lato, magno, & spatioso, vbi innumera picula nos cingũt, ad optatum portum remis, & velis, nauim animæ dirigamus, & cum Apostolis clamemus, Salua nos Domine perimus. Oremus vt

Psal.118.

Similitudo sumpta à nauigantibus.

Psal.103.
Eccl.143.

Mat.8.14
Mar.4.

420
ille nos ſua virtute corroboratos ſuſtineat: & virtute conſtantiæ & perſeuerantiæ donet: vt ad vitam ſempiternam (quæ nobis ſub inuolucris, & metaphoris multis in ſcripturis proponitur) perueniamus: & amplisſimum pręmiũ ſuſcipiamus, hîc autem ſummo labore, ſummaque virtute opus eſt. Sicut qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, & ſinguli totis viribus corporis & animi enituntur, vt præmium accipiant: ſed vnus accipit brauium, et triumphalem coronam adipiſcitur, qui audentiori fuerit animo, & velociori greſſu curſum perfecerit. Ita & nos alacriter curramus, vt tandem comprehendamus. Nam & quemadmodum omnis qui certat, & in agone contendit, per omnia temperans eſt, & ab his abſtinet quæ incõmodum aliquod afferre poſſunt, vt tandem præclaram lau-

1.Cor.9.

dem referat, & coronam recipiat. Sicut Dauid arma Saulis abiecit: vt cum gigante Goliat in certamen descenderet & vinceret. Sic etiam nobis elaborandum est, vt illam coronam victoriæ, nec parui momenti, nec vnquam perituram, adipiscamur, omni scelerum pondere deposito, & tenaciter inhętente peccato dimisso, in propositum nobis certamẽ currentes descẽdamus. Neq; enim nos oportet diffidentia, luxu, fastu, liuore, auaritia, contaminari: vt solent qui post hanc vitã aliã nesciunt, qui se omni genere obscęnitatis turpiter inuolui patiuntur. Nos magis nobiscũ reputemus, q, qualia, & quãta pręmia sint pposita ijs, q neq; socordię, neq; desidię, neq; libidinibus dediti, ætatẽ agũt. Sed ad extis tendã vineã Dñi, oẽ tps ætacol r ãsferendũ putauerũt, neq; si nũt do ɑ̃trinã, acdotes à dño acceptas

1.Reg.17. Apoc.2. 4. Heb.12. 1.Tes.4. Eph.4. Math.20. 2. Cor.6.

Gr̃a Dei non in vacuum recipienda.

velut ſolum inaratum (quod nullum fructum affert) ſteriles eſſe. Sed eas continua cura, & perpetuo ſtudio, in gloriam Dei, & proximi vtilitatem conuertunt. Ne cum eo damnentur, qui officium ſuum negligenter agens, defoſſo talento ſe quieti & ocio tradidit. Itaq; rediens pater familias, ligatis manibus & pedibus eum in locum ſupplicij detrudi iuſsit, vbi perpetuæ tenebræ ſunt, & fletus, & ſtridor dentium: vbi & lerna malorum, vbi furiæ, & vermis ſempiternus, qui nunquam moritur. Vbi inquam nullus ordo, nulla cõſolatio eſt: ſed perpetuus horror, & perennis deſperatio inhabitat. Contra autem ij qui diligẽtes, & officioſi, fideles, prudentesq́ue ſerui fuerunt: Qui in agro paterno colendo, in talentis ad vſuram collocandis, & in implenda Domini voluntate, operam omnem

Math.25. Luc.19.

Math.8. Eſa.51.66

Ioh.10.

Math.21. 24.25. Luc.12.

præſtiterunt: non hominum applauſu demerebuntur: ſed ab illuſtriſsimo Rege collaudabuntur, & recipientur in domum Domini, omnibus gaudijs affluentem. Quin & illud Euangelicum audient, Euge ſerue bone & fidelis, in pauca fuiſti fideli:, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. Itaque nos Chriſtus, & ſuppliciorum metu, à maledicendi malęque operandi licentia auertit, & deterret: & ad bene merendum de proximo, atq; ad charitatis Euangelicæ ſtudium præmiorum ſpe nos ſtimulat, & inducit: vnuſquiſque igitur pro modulo ſuo, pro ſolertia, pro viribus operetur in ſuo talento, vt ad illud aliquid adijciat, & Domino ſuo ex eo lucrũ referat, qui tali fœnore diteſcere gaudet. hunc nos habemus Pontificem magnum qui penetrauit cęlos, vt nobis immor

Math. 25. Luc. 19. Luc. 6, Roma, 2. Exhortatio ad bona opera. Luc. 19. Heb. 4.

talitatis locum prępararet, qui nos ad optatissimum illud domiciliú quo ipse primus introijt quærit in ducere, & ad supremas æternæ desiderataéq; patriæ mansiones, euehere cupit. Si tamen spei nostræ confessionem firmam tenuerim⁹. Huic igitur vni fidamus, cuius auspicijs, virtute, & beneficijs miserabilem effugiemus interitum, & vitam æternam consequemur. Simus memores quã longissimè absimus à paterna hac domo, à templo sanctissimo, & locupletissimo, in quo gaudio sempiterno beati fruuntur. Nos hîc exules, abiecti & criminosi per deserta, per deuia, per periculosa loca huius sœculi, vbi multa nobis aduersantur, peragrare coacti sumus. Ideoq; operę precium est in hac infœlicitate in Christo viuere, neq; tantillum ab eo separari: synceritati studere, & æternæ glorię recordationem re-

Per Christum vita æterna.

Ioh. 14.

Heb. 4.

Ioh. 6. 10. 14.

Ioh. 14.

Ephe. 6.

tinere, verſetur nobis ante oculos domus illa cœleſtis, vbi ſemper vigilant mentes illæ beatæ ſempiterno æuo fruentes, & ſummum Deũ liquidò cernentes, atq; incredibili cum voluptate amantes, & perpetuis hymnis, laudem & gloriam eius celebrantes. Domus hæc claritatis, gaudio, fœlicitate referta à ſenſu noſtro remotiſsima eſt, donec venerit dies ille, quo nobis Dominus ſuam gloriam facie ad faciem conſpiciẽdam exhibebit. Quamobrem Prophetæ, quoniã ſpiritualem illam beatitudinẽ, quãta qualis ve ſit in ſe ipſa, nullis verbis exprimere poterant, ſub rebus corporeis pro captu noſtri ingenij nobis depinxerunt, vt aliquo ſuauitatis illius lepore accendamur, & exacuamus deſiderij noſtri feruorem proficiſcendi ad Dominum

Apo.5.7.14.

1.Cor. 13.

1.Cor.2.
Eſa.4.
Btitudo ſimilitudinib9 exprimitur.

Qui ſeu fons quidam inexhauſtus bonorum omnium, plenitudinem in ſe continet. In hoc pręcipuè cogitando immoremur, nihil vltra eum expetendum eſſe credamus: in hoc enim repoſita eſt beatitudo, fœlicitas, & vita æ-
Ioh.17. terna, vt eum cognoſcamus, diuinæque efficiamur conformes na-
1.Tim.1. turæ. Quemadmodum enim Deꝰ ſuaptè natura incorruptus, immortalis, & æternus eſt, ita etiam hoc
Pſal.67. pacto glorificari quærit in omni-
349. bus ſanctis, & admirabilis eſſe ĩ ijs
Rom 2.8 qui crediderunt gloriam, incorru-
1.Pet.1. ptionem, virtutem, æternitatemq; illis communicãs, & omnium bonorum ſuorum theſaurum electis impertiens: qui etiam ſe ipſum illis exhibet. Quid nũc quæſo poteſt, ad hanc fœlicitatẽ accedere, aut cum hoc beneficio omne delitiarum genus continente comparari? Neque enim huius ſæculi opes

neq; facultates, neq; mundi voluptates, cum hac beatorum gloria conferri possunt. Tanquam stercora hęc omia ęstimare oportet, si cum Dei sublimitate conferantur. O verè præclaras beatorũ cœnas, & delitias, quibuscnm si nostras comparare velimus, verè mœrorem & cruciatus esse dicemus. O mirificum spectaculum, Deum ipsum facie ad faciem intueri, & contemplari: in hac meditatione nos promouere semper oportet, & recognoscere nos in imis & infimis rebus subsidere: hoc intereà dùm æterna illa speramus, supplices oremus, vt Dominus pro sua in oēs clementia hanc nobis gratiam faciat, vt cum Christo in domum Domini permaneamus, & in ea viuamus in longitudinem dierum. Phil. 3. 1. Cor. 13.

FINIS.

IACOBI

BOFFÆI,

AD CHRISTIA-
num Lectorem.

Paræneſis.

VT pecus à ſtabulis errans paſtore relicto,
Sæpius eſt ſæuis præda petita lupis.
Sic bona pars hominum fatis agitata ſiniſtris
Errat, vt æquoreis pulſa carina vadis.
Sic varijs animum nugis, ignara futuri,
Comprimit, & tenebris voluitur ipſa ſuis.

Paſtor enim eſt hominum ſumm⁹,
qui ſydera torquet:
Qui immenſo ſolus numine cű
ĉta fouet.
Qui cœlos omnes voluit, terraſq́;
iacentes:
Qui rerum cauſas principiűq́;
mouet.
Quo ſine vita hominum nihil eſt,
niſi fumus & vmbra:
Oĩs em̃vita eſt corporis ip̃e de⁹
Hoc duce nulla timet grex fœlix
bella, nec enſes:
Preſſus in ærumnis hoc duce
victor erit.
Non Lupus inſidias tentabit oui-
lia circum:
Vipera non caulis dira venena
vomet.
Sed Paſtor ſtabulis hoſtemq́; Lu-
poſq́; rapaces
Excluſos Stygijs p̃cipitabit aqs.
Solus enim eſt nobis victoria, vi-
ta ſaluſq́;.
Nos ei⁹ dextra q̃ man⁹ eripiet?

Eſt fons viuus aquæ in vitam ſaliētis,& vſquam
  Non iterum ſitiet,qui bibit huius aquam.
Quid iuuat ergo ſequi riuos turpeſq́; lacunas,
  Quæ perdunt varijs mentem, animumq́; malis?
Quò mens cæca hominum tēdit veſtigia?fontem
  Immortalis aquæ non videt ante oculos?
Quam qui non biberit,ſitiet, nec munus habebit
  Vitalis vitæ lucis honore carens.
Ergo pectus oues hoc paſcite fonte fideles,
  Cuius Paſtorum duxq́; decusq́; via eſt.
Nec verò pauidum debent contundere pectus
  Præmia peccatis digna parata tuis

Noſter enim eſt Paſtor, dulciſsimus & Pater, & Rex:
Vnde quid haud patrium poſſe venire putas?
Num crudeli humanos morte redemit, vt eſſet
Exitium mortis, morsq; ſeuera trucis?
Nos vocat vt gnatos, ingenti ductus amore
Nos facit hæredes, participesq; poli.
Humani ſceleris pōdus, molemq; ſuperbam.
Suſtulit: eſſemus nos vt ouile Dei.
Quò tandem in cœlis redimiti tēpora lauro
Paſcamur dapibus, lætitiaque patris.
Ergo quid humanę curas diſcrimina vitæ?
Quid caſus varios? quid genus omne necis?

Num bona cæca iuuant hominũ mortalia mentem:
Aut onerata cibis menſa, Epicure,tua?
Nil minùs:at potiùs labor eſt hominum irritus,& mors
Corporis,ac animæ,perpetuiq; boni.
Eſt ſapiens ille & prudens,qui cætera ſpernit
Ludicra,quæ laudat vana ſuperſtitio.
Qui verbis Chriſti,vt clypeo munitus & enſe,
Reppellit ſummi dogmata falſa Lupi.
Qui ſic verba Dei partem propagat in omnem:
Vt longè ſemen ſpargit arator humi.
Nec vitam dubitat varijs offerre perîclis,
Nomine pro Chriſti, telaque mille pati.

Nec mentem terret crudelis imagine mortis:
Imò ſibi laudi ducit adire necem.
Hoc virtutis iter: victori hoc tramite cœli
Palma datur rapidis non peritura rogis.
Hic Chriſtus peperit nobis vitã, hacq; triumphum
Egit, deuictis hoſtibus omnipotens.
Hic & ſancta cohors patrum tulit ordine greſſus,
Nunc quibus in cœlis vita perennis adeſt.
Pergito Paſtorum hâc etiam lectiſsima turba,
Hoc timidũ & ſimplex tramite duce pecus.
Mitte viam denſis quæ lubrica, & ardua dumis
Ducit in obſcuras, regna in amæna, domos.

Noctes atq; dies hunc ergo reuol-
ue libellum:
Semp vt officij ſis memor ip-
ſe tui.
Vt Christi verū poſsis diſcernere
ouile:
Ne Lupus inuadat vellere te-
ctus oues.
Ne teneros falſa quiſquam tibi fa-
ſcinet agnos
Doctrinâ: ſed ſit pax, amor,
vna quies
Vt tibi cùm fuerit ratio redden-
da ſupremo,
Munere perfunct9 ritè, probê-
re patri.
Credita ne poſsis dici abſcondiſ-
ſe talenta:
Et malè commiſſo conſuluiſſe
gregi.
Sic tandem accipies æternæ præ-
mia vitæ,
Quæ ſunt in cœlis ſumma repo-
ſta pijs.

Ergo magè inuigila, & Chriſti ve ſtigia Paſtor
Inſequere,& pecoris ſit tibi cu ra tui.
Quò creſcit ſermo Chriſti, quo creſcit ouile:
Quò nox atra fugit luce micã te noua.
Iam via lata patet, pluuioſus iam fugit Auſter,
Iamq; nouo ſplendet mane re uecta dies.
Iam Lup⁹ obſcura lætus caligine, lucis
Miratꝰ ſũmæ fulmĩa ſũma nouę
Iam nunc ergo agè, carpe manu ſata,paſce capellas:
Inſere,& incultum vomere litꝰ tus ara.
Nec ſine,donec in æternum vnũ fiat ouile:
Cui⁹ rex vn⁹,Paſtor et vn⁹ erit.

FINIS.

Index operis iuxta seriem capitum, sententias, & præcipua argumenta voluminis demonstrans.

Præfatio.

PRologus Christi authoritatem, dignitatē, & maiestatem, multis nominibus commēdat. Imprimis autem eum Pastorem optimum, vigilantissimum, suiq; gregis amantissimum, ex prophetarum oraculis, & varijs patrum figuris ostendit. Summam etiam & epithome totius psalmi continet. Pagina. 1.

Caput primum.

De Iesuchristi authoritate. & Pagi. 14.

qua ratione Dominus dicatur, ex rerum creatione, ex ſacris eloquijs (quæ Chriſto honorem diuinitatis deferunt, & eum vitæ & mortis authorem nuncupant) ab effectu quoq;, & operibus Chriſti diuinitas, & dignitas probatur. Præterea quomodo per humilitatem & crucem, hanc dominãdi poteſtatem Chriſtus meruerit, & quid huic Domino debeam⁹, in hoc capite docetur.

Caput ſecundum.

Pagi. 23. De prouidentia noſtri Paſtoris, & legitima ſui ouilis adminiſtratione, qui cùm omnibus creaturis prouideat, imprimis excellentiſsimę creaturarum homini præcipuè pijs & fidelibus prouidet, & illorum curam habet, vt exemplo nobis ſunt Iſraëlitæ, & ſancti omnes, qui ſingularem Dei amorem experti ſunt.

Caput tertium.

Quomodo Paſtores Eccleſiæad Chriſti exemplum ouibus ſuis prouidere debeant:qui ad id vocati & inſtituti ſunt:vt animabus conſulant:neque tamen ſalus corporum negligenda eſt:quandoquidem eximia præmia miſericordibus propoſuit Dominus.

Caput quartum.

De natura & conditione ouium,& quomodo ſe optimi Paſtoris prouidentiæ committere debeant:vt ſe ab eo eiusq; miniſtris regi patiantur, pij,& agni,& oues dicunť:qui fiduciā ſuî,& ſollicitudinē vict⁹,& rerū externarū abijcere debēt,& hęreticos Dei prouidentiā tollētes explodere. Pagi.34.

Caput ſextum.

Quomodo malū auaritię ſit fugiēdū,et q̄ ſit miſera auarorū conditio,q reb⁹ pręſentib⁹ cōtēti non ſunt,ſed ex aliorū incōmodis ſua comparant commoda. Pagi. 51.

Capur sextum.

Pagi.54. ☞De Loco pascuæ, & ratione pabuli ouibus exhibendi:De verbo Domini qui est verus animæ cibus,verus thesaurus in corde recondendus,qui cõsolationem & fructum affert amplissimum : est etiam gladius & armatura,& vera animæ vita,& medicina.

Caput septimum.

Pagi.61. ☞De ministerio verbi , pabuli spiritualis.Quæ sit cathedra moisi, Quomodo ministri Ecclesiæ medicorum,patrum,Pastorum,et angelorum munus explere debeant:vt verò verbi Dei cognitioné assequantur,Præcipuo studio & oratione opus est.

Caput octauum.

Pagi. 70. ☞Qua auiditate tam sacer animæ cibus,ab ouibus Christianis sit sumendus, & digerendus : In quo precio sint eloquia Dei,quę thesauro abscondito, & marga-

ritæ precioſæ comparantur. Quo modo vita honeſta, Chriſtiano homiue digna, ſtudium ſapientiæ ſubſequi debet: non enim ſatis eſt verbum Domini pectore, aut ore geſtare.

Caput nonum.

De aquis ſpiritus ſancti, quibus fideles reficiuntur: & quæ ſit aquarum ſpiritualium vis, & proprietas: Comparatio aquæ cum gratia diuina, quæ ſitim extinguit, mundat, & ſubmergit hoſtes: vt ex Naamam à Lepra mundato, & ex ſubmerſione Pharaonis, figura quadam dignoſcimus: verbum etiam Domini aquis refectionis ſignificatur. Pagi. 76.

Caput decimum.

Paſtorum munus eſt, ſalutaribus iſtis & ſpiritualibus aquis, ouium ſitim explere, & more Patriarcharum ad fontes deducere, & Deum orare, vt pluuiam et Pagi. 82.

rorem verbi sui effundat in hære ditatem, & agrum ecclesiæ suæ.

Pagi.87. Caput vndecimum.

✠ De siti quâ ad huiuscemodi tam vtiles aquas oues habere debent, & quo desiderio in fontem aquæ viuæ ferri oporteat. Quæ sit gratia Dei in peccatores, & quàm ardenter requirenda in Christo Iesu: qui est lauacrum nostrum, vnde aqua & sanguis in Redemptionem, & remissionem peccatorum effluunt. Piscina verò, mysterium est huius nostræ salutis.

Pagi.93. Caput duodecimum.

✠ De summa pastoris Iesu Christi benignitate, in conuertendis ouibus ad ouile suum, vt ipsius Dauidis exemplo dignoscimus, quem ab infœlici via, ad virtutẽ reuocauit Dominus: Idque propter nominis sui gloriam. Humanum quoque genus vt ouis per-

dita à Christo Pastore salutẽ obtinuit, Hic est verus Samaritan9, Medicus vulneratæ conscientiæ, qui nostrî misertus, nos sua gratia à morte in vitam restituit, & per salutarem Pœnitentiæ doctrinam animam conuertit.

Caput decimumtertium.

☙ Præcipuum Pastorum officium est, errantes oues ad ouile Christi deducere, & animas conuertere: quod verbo legis, & prędicatione iudiciorum Dei, & doctrina timoris fœliciter tentabũt: demum erigent in Deum fiduciã, & verbo euãgelij lapsas cõscientias reficiẽt & subleuabũt: nihil tamen efficatius ad salutẽ ouiũ, & conuertendas animas, exemplo innocentis & inculpatę vitæ. Pagi. 102

Caput decimumquartum.

☙ De Ouium ad Pastorẽ à vijs iniquitatis ad viã ꝟtutis cõuersione: ad quã Pastoris Christi libera- Pagi. 109

litas et cleměcia inducit:vt impio rũ cõſilia,& cõſortia,& vias iniquitatis declinemus:& rectam viuendi rationem ſequamur,& in ſemitis,iuſtitiæ ambulemus.

Caput decimum quintum.

Pag.112. ☙ De ſumma Paſtoris diligentia,in deducendis ouibus ſuis,qui noſtræ imbecillitatis conſcius,venit vt ouem errãtem requireret, & in ſemitis veritatis, & virtutis deduceret,verboq́; ſuo dirigeret. Vt alacri animo Dei mãdata(quę in dilectione conſiſtunt)pɀficiamus.Id verò propter nomẽ ſuũ.

Caput decimum ſextum.

Pag.118 ☙ De Dei nomine,& bona in Dei nomen fiducia: omnia enim diuino nomini aſcribenda ſunt,et in Dei atq; Chriſti nomine orandum,& operandum eſt in fide, cui charitas iuncta eſt.

Caput decimum ſeptimum.

Pag.124. ☙ Paſtorum & rectorum mun⁹

eſt,in ſemitas iuſtitiæ oues Chriſti deducere : ad Chriſti veſtigia ſequenda hortari, qui ſumma ſemper fuit in Deũ pietate, & in proximum charitate, Dei quoq; nomen prædicent,& doceant omnẽ fiduciam in eo reponendam.

Caput.18. Pagi. 130.

Ouium eſt relicta iniquitatis via, iuſtitiæ ſemitas ſequi,& vitam ouibus dignam agere, ſummum Paſtorem imitari mores æterni patris referre:ſe velut Chriſti membra,& templa ſpiritus exhibere,et finem ad quem deſtinati ſumus proſpicere.Ouium natura ſequẽda:vt inter nos modeſtia,concordia,& probitas,vigeant:& omnis vita noſtræ profeſsioni reſpondeat,ab omni iniuſtitia abhorrentes,& in omni bono opere ſurctificantes.

Caput.19.

De ſingulari boni Paſtoris Ieſu Pagi.138

Christi,in custodiendis ouib9 etiã in mortis angustia,auxilio : & de syncera omnib9 in periculis ouiũ fiducia : Nostra quidem infirmitas, & Christi virtus (qui nos ab vniuersis malis liberat, neq; sibi fidentes vnquam relinquit) suntq; cõsideranda:qui hunc habet, mortẽ & hostes superat, hoc est nostrũ propugnaculum, quo præsente securi sumus : vt Israëlitę, Dauid, Daniel,& pij omnes(quibus se ducem & Pastorem præbuit)re ipsa probârunt: horum exemplo attollendi sunt in cœlum oculi,Christus inuocandus,qui suam in suos benignitatem,multis modis testatus est:quique perpetuò in Ecclesia residet:ideoque in periculis tutissima est.

Caput.20.

Qua diligentia,& studio,pastores

oues ſuas tueri debeant, & gregi conſulere: quibus armis aduerſarios repellant, Chriſti exemplo nō dubitent capitis ſubire periculū: dolos hæreticorum obſeruent: Chriſti hoſtibus occurrant, pſeudo prophetis repugnent, inuicto animo in arca Eccleſiæ oues contineant, ad mortem (quæ eſt vitæ ianua) optandam cohortentur: & eam morte Chriſti, vitam doceant: omnes excitent, vt ad Chriſtum properent, cuius maior eſt benignitas, quàm culp[a] noſtra.

Caput. 21.

Quàm forti, & conſtanti animo, eſſe debeāt oues, in rebus aduerſis, & in ipſa morte: à qua vt liberentur, ſe protectioni Dei cōmittant: & eum cogitent, omnibus hoſtibus ſuperiorem, nec quiſquā eſt qui nos à manu eius eripiat, cum Heliſeo dicant, plures eſſe Pagi. 163.

nobiſcum quàm contra nos,ange los Dei nobis eſſe auxilio cogitent, neque tamen omnino vacui ſint timore caſto, & ſancto, qui nos ad pœnitentiam inducit: & cũ ſpe & exultatione iunctus eſt. Nã in Chriſto ſperandum, & exultandum, qui perpetuò noſtræ infirmitatis ſuccurrit.

Caput. 22.

Pag. 175. De virga, & correctione Domini forti animo tolleranda: & de baculo auxilij diuini, quo ſuſtentamur, erigimur, & conſolamur: corripit quidem nos pater pro immẽſo ſuo amore, non vt perdat, ſed vt probet, & ad pœnitentiam adducat: vtque morbis noſtris medeatur, ideò æquo animo crux eſt ferenda, & in patientia aduerſa omnia ſuſtinenda, ne ſimiles ſim⁹ infidelibus, quorum cruciatus nõ eſt ad ſalutem, ſed magis ad interitum: baculo Spiritus ſancti eſt ini-

tendum, Deique gratia in omnibus afflictionibus est imploranda.

Caput.23.

De virga,& baculo pastorali, & quonam pacto oues à pastoribus dirigantur,& corrigantur: qua seueritate improbos coërceant,velut medici cùm res requirit,amariora pharmaca adhibeant.Et.D. Pauli exemplo, Ecclesiæ succurrant:verumtamen seueritatis rigorem,lenitate temperent, benignè ad Christum inuitent,Ecclesiæ cōtemptores excommunicent, scādala tollant, resipiscentes verò in Ecclesiæ communionem recipiant. Pag. 189.

Caput.24.

Quanta animis fortitudine,& patientia,virga pastoris,& correctio Domini, sit ab ouibus suscipienda:vt exemplo nobis sunt Ioseph, Dauid,Iob, Apostoli, sed imprimis Christus, per quem tentatio Pagi.203.

coronam affert. Dei voluntas, in afflictionibus, est consideranda, & fructus ex cruce percipiendus. Virga quoque eorum qui nobis præsunt, qui Dei vices gerunt, est in omni modestia sustinenda.

Caput. 25.

Pagi. 218. De mensa Domini varijs ornata ferculis, quæ nos aduersus hostes munit, & firmat. Hanc mensam Dei sapientia instruxit, cibo delicatißimo verbo Domini, quo munimur contra hostes nostræ salutis. Sicut Christus scripturis Diabolum superauit, ita in hoc verbo nostra victoria.

Caput. 26.

Pagi. 224. De sacro Eucharistiæ sacramento, præcipuo animæ cibo, quē Dominus in postrema cœna præbuit, & instituit, communicans corpus & sanguinem suum: hic est panis filiorum Dei, cibus angelorū, me-

moria ſempiterna mortis Domini noſtræq; redemptionis:pignus reſurrectionis,& cœleſtis hæreditatis.Hunc cibum miniſter Eccleſiæ nobis in perſona Chriſti exhibet,ideò ſuum verum corpus, verumq; ſanguinem hic eſſe credamus:vnitas quoq; corporis myſtici,hîc figuratur, & per viſibile ſignum,ad inuiſibilia erigimur.

Caput.27.

De miniſterio,& diſpenſatione tāti myſterij, & quomodo paſtoribus hoc ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum tractandum ſit. Quo honore,quá vè reuerentia, Chriſtus exhibendus: & Chriſti beneficia recolenda,nō ſenſus in hoc ſacramento, ſed fides ſola conſulatur: vt Dei virtus & veritas percipiantur. Pag.264.

Caput.28.

Qua reuerentia,oues ad iſtam lauctiſsimā menſam,accedere debeāt Pagi.273

& ſe ad tanti ſacramenti ſumptionem præparare, graue enim ſcelus eſt, venire ad menſam Domini indignè, hoc flagitium comparatur peccato crucifigentiũ Christum: dignitas tanti ſacramenti eſt perpendenda, nam myſterium ad vitam inſtitutum, indignis mors eſt: probet igitur vnuſquiſque fidem ſuam, & charitatem in proximum, & expurget conſcientiã ab omni fœditate, & pœnitentiã agat, & cum omni humilitate, ad ſacrũ hunc cibum accedat, & viaticum ſalutis ſumat.

Pagi.265. Caput.29.

De effuſa in nos Spiritusſancti gratia, quæ olei & vini metaphora, aptiſsimè ſignificatur, hæc eſt vnctio qua ſaluamur, & curamur à morbis, & roboramur in infirmitate: Chriſtus huius olei & vnctionis fons, & origo: ab eo tanquam à capite, in nos omnis gratia defluit

fluit,omnia accepta referamus, in quo & Reges ſumus, & Sacerdotes.

Caput.30.

De precioſiſsimo,& delicatiſsimo Sancti ſpiritus vino:cõmodè quidem gratiæ diuinæ conditio, vini ſimilitudine exprimitur.Hoc vino calefiunt in Dei & proximi amore,animæ viſcera, omnis moleſtia depellitur,mentiſq; lætitiam hymnis & canticis ſpiritualibus depromimus:quare hoc vino inebriari bonum eſt, vt curas, & deſideria carnis,abijciamus: & in Deo dulcem ſomnum capiamus, ſecurãq; vitam in Domino agamus: hoc vinum ſpũs,robur menti noſtræ, & fidei conſtantiam addit:vt exemplo nobis ſunt martyres, qui nunc fœlicem in cœlis vitã agũt, & inebriantur ab vbertate domus Dei. Pagi.280.

Caput.31.

De Paſtorum & rectorum mune
re,in adminiſtrando oleo ſacro,&
vino Spiritus ſancti.Cũ ſint illi va
ſa & organa gratiæ Dei candidi
& nitidi ſint oportet,vt cõmodi9
precioſiſsimũ hunc liquorem cõ
tineant, & in ſalutem aliorum ef-
fundant,& cum ſeueritate mode-
ſtiam, vinumq; oleo admiſceant,
hoc quidem vinum lætitiæ plures
fructus affert.Vinum quoq; Euan
gelij doctrinã,& precioſam Chri
ſti mortem & ſanguinem in ſalu-
tem noſtram effuſum ſignificat.
Hunc præclarum calicem paſto-
res accipiãt & fidelibus miniſtrẽt.

Caput.32.

Pagi.300. Quanta auiditate oleum & vinũ,
Spiritus ſancti ſint ab ouibus ſuſci
pienda. Et de fructu & cõmodo,
quod in vniuerſum afferunt hæc
præclara munera Dei, quæ rectè
olei nomine deſignantur.Hæc eſt
Dei gratia ſummè nobis neceſſa-

ria apprimè vtilis qua seruamur,iustificamur,liberamur,viuimus, & glorificamur.Hæc est vestis nuptialis,qua si careamus in tenebras exteriores mittimur,hæc vitia tollit,virtutes affert,vitæ puritatẽ donat.Ideò ab oĩ fœditate expurgemus mentes,vt tam sacri olei vasa nitida simus,vino etiam veræ vitis inebriemur.

Caput.33.

¶De ebrietatis lethali vitio fugiendo.Nam vinum exhylarandis aĩs non inebriandis creatum est.vini vsus moderatus sit, & ab illius curioso aspectu nobis tẽperemus. ex ebrietate innumera mala & extrema infœlicitas prodeũt,& corporis ægritudines variæ oriuntur: animo tamen magis quàm corpori nocet.Vinum nouum spiritus in vtres nouos recondamus:ebrietatem spiritus sectemur. Pagi.307.

Caput.34.

Pagi. 315. De immẽsa Dei misericordia quę nos quandiu inter mortales vitã agimus subsequitur, & comitatur, à vitijs retrahit ad probitatem & pœnitentiam inducit. Quemadmodum olim Dominus ducem se præbuit in misericordia populo suo quem à miserrima seruitute liberauit, & illi semper propitius fuit: pari benignitate pios omnes prosequitur, & adest Ecclesiæ per spiritum, per sacramentorum & verbi sui ministerium. Hęc Dei misericordia animæ est medicina lõgè maior & præstantior, nr̃is morbis & sceleribus. Ideò grauissimè peccant in Deũ, qui de venia desperant, quandoquidem misericordia Dei nos à peccatis liberat, & saluat per Iesum Christum, cuius præsidio hostes superam9: eiusq; fauore benedicimur. Venit enim Christus in salutem nostram, non in iudicium & condemnationem,

in eo eſt ſpes vitæ noſtræ. Cuius precioſo ſanguine æterno patri reconciliamur, & ſeruamur ab ira. Nemo ergo deſperet, exempla pœnitentium, qui veniam obtinuerunt, ponamus ante oculos, & ex multis hyſtorijs intelligamus Chriſtum veniſſe: vt peccatores ſaluos faceret. Ideò benignè ad ſe inuitat omnes, & nullum ad ſe venientẽ reijcit. Hic eſt Pontifex ſemper viuens ad patris dexteram; vt pro nobis interpellet: per quem Deus largitur nobis omnia. Ad hunc cõfugiendum omnibus in periculis, cuius miſericordia ſeſe omnibus exhibet. Commemorantur in hoc capite beneficia Dei in hominem. Imprimis, quòd proprio filio non pepercit pater: ſed filium vnigenitum dederit, vt viuamus per eum, vtque bona opera ſectemur ad id enim vocati ſumus in baptiſmate. Hanc Dei benignitatem

ſuſcipiamus & Deum oremus: vt vt beneuolentiam declaret benigno aſpectu, neque nosvnquam deſerat.

Caput.36.

Pag 342. Quomodo paſtores ouib9 præire debeant,& ſe gregis duc es præbere & ſubſequi fideles omnib9 diebus vitæ eorum,& oſtendere qua via ad optatam fœlicitatem perueniatur, nõ temerè accedant ad publici muneris miniſterijq́ue verbi functionẽ, niſi probè vocati & inſtituti fuerint. Deinde innocentię ſtudeant:ſpeculatoris & vigilis officium agant, ne ab hoſtibus imprudentes opprimantur. A Chriſto exemplũ ſumant,à grege moleſtias depellant:nec dubitent pro fratribus caput morti opponere. Lupos arceant, bonis operibus ſe filios lucis eſſe probẽt, commodè tractẽt verbũ veritatis, vt ſapiẽtes architecti probè Eccleſiã Dei ędi

ſicent, omnes corporis ſenſus ab indecoro cohibeant,neque lucrũ ſectentur, neque tyrannidem ſibi vſurpent,nullo labore deterreantur,tenui victu & habitu mediocri contenti ſint,gratìs ſacra miniſtrent,ab auaritia alieni ſint.Talibus facilè paſtoribus obtemperabunt oues.Hodie iuſta eſt querela de ineptis rectoribus,qui valdè alieni ſunt à moribuspaſtorũ,quos vetus Eccleſia habuit.Hodie multi neglecto grege Chriſti,quæ ſua ſunt quærunt : ideò ſub illis miſerrima eſt ouium conditio. Abſentia quoque, paſtorum gregi valdè incommoda eſt. Cogitent paſtoralis curæ rationem eſſe reddendam, & eos qui Eccleſiam negligunt grauia ſupplicia mereri.

Caput.36.

Pagi.364. ¶Quomodo oues miſericordiæ optimi Paſtoris niti debent,& ea vti liberè,non in occaſionem carnis: Sed ad Dei gloriam,& proximi vtilitatem, Dei gratiam & propriam infirmitatem in omnibus perpendant, ad pontificem properent, ad thronum gratiæ confugiant,nihil remoretur quòminùs ad Chriſtum veniant, per quem in ſpem viuam regenerati ſumus & tranſlati à regno tenebrarum in regnum lucis, &in libertatem vocati:hac tamen libertate bene vtendum eſt:vt liberati ſeruiamus liberatori in ſanctitate &.iuſtitia.Error illorum explodẽdus,qui libertatem putant eſſe poteſtatem viuendi,vt velis:non em̃ in vacuũ gratia Dei recipienda, bonitas Dei perpetuò recolenda, Chriſtus immitãdus, ab eo omnis vitæ noſtræ moderatio exquirenda:vt tales ſimus qualis ille fuit.

Caput trigeſimumſeptimum.
De obedientia præſtanda ſuperioribus à quibus nulla nos libertatis gratia eximit : & quatenus vtendum ſit Chriſtiana libertate: obediendū eſt maiorib9 in dño, non in his quæ Deo repugnant: Sed in honeſtis.Preſbyteros duplici honore dignos exiſtimem9, eos vt patres veneremur,neq; prę textu libertatis ,obedientiæ iugū exuamus : ouium mores in hac parte immitemur,eos qui ſeditiones excitāt maledictos cenſeam9. Pagi. 375.

Caput trigeſimumoctauum. Pagi. 383.
¶De domo militantis Eccleſiæ, ad quam inhabitandam vocati ſumus.Huius domus figura fuit tēplum Salomonis,ad quod conueniebant oēs in Dei gloriam.Hæc domus firmiter ædificata eſt ſup firmā petrā ſup ipm Chriſtū vnicū eccleſię fundamentū,lapidem viuū,in quo & nos coëdificamur

in habitaculum Dei.Ideò templū dicimur,in hoc tēplo ſpirituales hoſtias offeramus,vt veri ſacerdotes.Non tamē ideò publicū eccleſiæ miniſterium vſurpemus: Sed in hac domo concordes viuamus in charitate,vt domeſtici Dei mutuis officijs,nobis inuicem ſuccurramus, vt ſolent in humano corpore membra.In hac Eccleſiæ,domo Dei laudes concinamus, domus Rahab & archa Noë Eccleſiæ imaginem prætulêrunt.

Caput.39.

Pagi.394. De domo triumphantis Eccleſiæ ad quā aſpirare & properare nos oportet. Cui9 cupiditate ducti patres à rebus humanis auertebant animum, & omnem ſpem in ea, quæ æterna ſunt,dirigebant.Sciebant enim eo loco veram eſſe animi ſanctitatem,vbi beatiſsima Dei facies nō in ænigmate: ſed palàm videtur.Ideoq; beata illa vita omi

bona prestantior est in hac beati tudine & fœlicitate corona iusti-tię pcipitur. Ad amplissimũ hoc p̄mium oẽs aspirare debem⁹, & in hoc domicilio corporis ingemis-cere cœlesti illo supindui desiderãtes vbi nulli⁹ rei egestas, null⁹ luctus: sed plena lętitiæ oĩa. Quapropter sancti patres cœlestẽ illã Hierusalẽ toto pectore quęrebant, & hîc velut in exilio quodã Babylonico lugebant. Horũ exẽplo ad æternã illã feramur: incõmoda hui⁹ vitæ, nos ad futuram excitent: vbi beata immortalitate fruemur.

Caput. 40.

Præcipuã curã Pastorũ esse retinere oues in domo dñi, & ĩ ouili sũmi pastoris, nec patianẽ ab ea domo lõgiùs oues discedere in hanc domũ p baptismũ inducimur ĩ ea lactamur, educamur, & corroboramur donec planè formeẽ ĩ nobis Xp̃s. Extra hãc sacrã ædem nõ est pagi. 406

salus : ideò nos inuicē inuitemus, vt ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & ibidem in vnitate fidei, spei, & charitatis permaneam9 & in Christi societate viuamus: qui in hac domo vsque in consummationem sæculi permanet: hanc domum omnis decet sanctitudo, & puritas: quoniá diligenter inuigilandum: vt ab omni fœditate vitiorum mentem inuiolatam cōseruemus: quod si nos alicuius sceleris conscientia torquet, citò resipiscamus, & per pœnitentiam inhæreamus in domo Domini

Caput. 41.

Quomodo incitandi sint fideles à Pastoribus, vt ad cœlestem illam & supremam domum perueniát, & in requiem Domini ingrediantur: vtque ab omni vitio sese temperent, neq; incidant, vt Israëlitæ in incredulitatē. Ideoque in locis

desertis fœdissimè perierunt & iratus Dominus illis,iurauit quod in eum locum non ingrederent,quē ipsorum quieti destinarat. Nos in meliorem requiem vocamur, ad quam fide & obedientia mandatorum peruenimus.

Caput.42.


Quomodo fideles, in domo Dei quæ est Ecclesia,debent habitare,& in ea purè & inculpatè versari,& in sanctorum communione viuere.Domus Iacob, & sedes Dauid hanc præfigurârunt. Hæc est domus à Deo electa,& in hoc segregata:vt in ea in sancta societate viuamus, & concordiam retineamus, neq; nos à Christo & eius membris diuelli patiamur. Pagi. 418.

Caput.43.

Qua via ad fœlicem illam, & beatam viram perueniatur.Dū in hoc corpore peregrinamur à Domino expectemus, sicut patres nostri Pagi. 4:4

fundamenta habentem ciuitatem in qua liceat in æternum viuere, Sit noſtra conuerſatio in cœlis, ad propoſitum nobis certamen curramus,aſpicientes aſsiduè in authorem fidei,& conſummatorem Ieſum ,hunc ducem immitemur. Ad bonorum operum ſtudiũ nos præmiorum ſpes ſtimul et:pontificem magnum qui penetrauit cœlos, qui immortalitatis locũ nobis pręparauit,ſedulò intueamur. Neque tantillùm ab eo ſeparemur : vt tandem in beatorum conſortio,ſempiterno æuo fruamur, & ſummũ Deum liquidò intueamur.

Pagi.437. In calce operis, eſt Paræneſis Iacobi Boſſæi,ad Chriſtianum Lectorem: quæ ſummam totius operis complectitur.



Indicis finis.

Litteræ, quę duntaxat in quibusdam exemplaribus, dũ excuderentur, casu ceciderunt.

Pagina.30.linea.1.dele modum.
Pagi.133..linea.18.lege molesti nõ modesti.
Pagi.147. linea. 19. torquebantur, non torquebatur
Pagi.234.linea.15. sicq; non sitq;.



Tolo-
sæ, Ex Prælo
I. Colomies.

1550.